

22
DE
DOTE
OMNIUM BONORUM.

Occas. Leg. 4. C. de Jur. Dot.

CONSENSU

ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA PATRIA

PRO

GRADU DOCTORALI

RITE CONSEQUENDO

PUBLICE DISSERET

M. JO. AUGUST. NEUBER,

L I P S .

AD DIEM XX. DECEMBER. A. O. R. M D C C X I V.

—
LITERIS TITIANIS.



55

DE
DOTE
OMNIVM BONORVM
Dominice Petro Graffii Dominico
CONSENSU
ILLISTRIS LCTOTORVM ORDINE
IN
ACADEMIA PATRIÆ
THEO
GRADU DOCTORALI
RITE CONSECRANDO
PERMISSA DISSETA
MICHAEL AUGUSTUS NEUBER
LIPSIÆ
AD DIAM XX DECEMBER A.D. MDCCLXII
LIBERIS TITULARIBVS



CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

- §. I. *Ingressus.*
§. II. *Quae methodus in presenti adhibeatur.*
§. III. *De Autore Legis nostrae sermo instituitur.*
§. IV. *Rationes ejusdem suppeditantur.*
§. V. *Quibus personis ius omnia bona in dotem dandi competit.*
§. VI. *An fæminae illustres omnia bona in dotem dare possint?*
§. VII. *Quid in matrimonio ad morganaticam contracto obtineat?*
§. VIII. *An idem sit dicendam de fæmina minorenni?*
§. IX. *De sponsa disquiritur.*
§. X. *De fæmina heretica agitur.*
§. XI. *An idem in uxoribus ad secunda vota transvolantibus?*
§. XII. *Quid juris in fæminis natura prohibitis?*
§. XIII. *Quibus personis universa bona in dotem dari possunt.*
§. XIV. *Quenam bona in dotem dari possint?*
§. XV. *An igitur bona mobilia?*
§. XVI. *Bona immobilia?*
§. XVII. *Res incorporales?*
§. XVIII. *Nomina?*
§. XIX. *Bona futura?*
§. XX. *Bona paraphernalia?*
§. XXI. *Bona receptitia?*
§. XXII. *Res Geradice?*
§. XXIII. *Dimidia donorum nuptialium?*
§. XXIV. *Res alienæ?*
§. XXV. *Litigiosa?*
§. XXVI. *Fideicommissaria?*
§. XXVII. *An idem obtineat in partibus metallicis?*
§. XXVIII. *Feendum quoque in dotem dari possit?*

- ¶) o (¶
- §. XXIX. *Omnibus bonis in dotem datis id videtur datum, quod deducto
are alieno supereft.*
- §. XXX. *Dos ut plurimum constituitur pactis dotalibus.*
- §. XXXI. *De consensu curatoris disquiritur.*
- §. XXXII. *Jure civili per pacta dotalia in dote omnium bonorum succeſ-
fio non tribuitur.*
- §. XXXIII. *Dos debet tradi.*
- §. XXXIV. *Maritus non cogitur omnia bona dotis loco accipere.*
- §. XXXV. *Sola confessione mariti dos illata non probatur.*
- §. XXXVI. *Pactum de lucranda dote omnium bonorum valet.*
- §. XXXVII. *In dubio bona uxoris pro paraphernalibus sunt censenda.*
- §. XXXVIII. *Dos omnium bonorum datur vel estimato, vel inestimato.*
- §. XXXIX. *Fidejusſor ab uxore ratione dotis omnium bonorum non pot-
est exigi.*
- §. XL. *Maritus dotis fit Dominus civilis.*
- §. XLI. *Res immobiles maritus alienare nequit.*
- §. XLII. *Maritus rei dotalis fructus percipit.*
- §. XLIII. *Præstat autem culpam & diligentiam, ut & cetera matrimo-
nii onera.*
- §. XLIV. *Intuitu actionum maritus fit procurator in rem suam.*
- §. XLV. *Quenam bona maritus lucretur, uxore mortua, disquiritur.*
- §. XLVI. *Maritus gaudet beneficio competentiae.*
- §. XLVII. *Uxori singulare competit privilegium.*
- §. XLVIII. *Dos omnium bonorum interdum constante matrimonio repe-
ti potest.*
- §. XLIX. *In quibusdam casibus uxor dotem plene repetere nequit.*
- §. L. *Si bona mariti ad mortem damnati fisco addicta, uxor tamen re-
petit dotem.*
- §. LI. *In quibusdam casibus maritus lucro dotis excidit.*
- §. LII. *Omnia bona propter nuptias donari possunt.*

DISSER-



DISSE RATIO
DE
DOTE OMNIVM BONORVM.

Occas. Leg. & C. de Jur. Dot.

§. I.



Eipublicæ interest mulieres dotes
salvas habere, propter quas nu-
bere possunt, inquit Paulus in L.
2. π. de Jur. Dot. Cui Calculum
addit Pomponius in L. i. π. solut.
matrim. asserens: Dotium cau-
sam semper & ubique præcipu-
am esse, imo conducere ipsi bo-
no publico, dotes mulieribus conservari, cum dotatas esse
seminas ad sobolem procreandam (inde Reipublicæ na-
sci dicimur, in L. i. § 15. π. de ventr. in poss. mitt.) replen-
damque liberis civitatem, maxime sit necessarium. Quem in
finem multa privilegia in favorem dotis in jure inveniu-
tur introducta, qua ordine suo in præsenti tangere animum
non induxi, in primis, cum de iisdem in subsequentibus §. §.
überiorem differendi occasionem nocturus sum, saltē mihi
sufficiat, nunc unico casu favorem dotis demonstrasse,

Ingressus.

A

fic

sic enim ex modo memoratis legibus colligere licet cum Carpzovio *P. II. Conf. 39. Def. 18.* ex emphytevico fundo in dotem dato non solvi laudemium, quia necessaria & publice utilis causa adest, *Conf. Conf. El. Nov. I. von der Lehnswahr §. alio & seq.* Et quamvis negativam tueri videatur sententiam Ant. Faber, quem apud Carpzovium *c. l.* allegatum legere licet, ea potissimum ratione ductus, quoniam datio in dotem vera sit alienatio, sic recte jam eidem responsum fuit à Dn. Catpov. *c. l.*, dum dicit, hanc alienationem esse necessariam, publice autem interesse, mulieres nubere, iisque dotes constitui. Licet autem huic controversia prolixius implicari nolim, interim tamen rem ita expediendam esse, persuasum mihi habeo, si scilicet consideretur, an dos constituantur ab ipso parente, aut ab uxore. Priori casu omnino facio cum Carpzovio, ita, ut hac alienatio facta, tanquam necessaria sit attendenda, *d. Conf. El.* Quod autem attinet ad posteriorem, sic plane nego, alienationem quandam intercedere, cum maritus quidem fiat dominus, sed sicutem civilis, inde eo mortuo iterum redeat ad uxorem, si modo pactum de dote lucranda cesseret, cum enim hic alienatio adsit, ea autem minus necessaria, nullus dubito, quin laudemium solvi debeat. Ex quo unico casu satis constat, quantus sit favor dotis. confer. *I. 12. C. qui posterior. in pign.* Cum igitur in genere, satis sollicite fuerit prospectum mulieribus in causa dotis, in eo quoque uxoribus singularis favor concessus est, cum Imperator Alexander ipsis licentiam universa bona marito in dotem dandi indulserit in *I. 4. C. de Jur. Dot.* quam legem penitiori jam subjecere disquisitioni haud abs re fore censui. Verba legis ita concepta sunt:

Nulla

Nulla lege prohibitum est, universa bona in dotem marito fœminam dare.

§. II. Lex 4. C. de Jur. Dot. proponit regulam: *Fœmina marito suo omnia bona in dotem dare potest.* Satis igitur commode ita institutum nostrum perseQUI licebit, ut in Autorem nostræ Constitutionis inquiramus, deinde, quibus personis jus universa bona marito in dotem dandi competit, & in quibus rebus ipsa dos obtineat, dispiciamus. Quibus rite peractis, de modo constituendi Dotem, & de effectibus occasio differendi existet; nec minus sub finem admonebitur, qua ratione iterum desinat.

§. III. Autor legis nostra est Alexander Augustus. de Autore legi nostra sermo institutus Per Alexandrum hic intelligendus Marcus Aurelius Severus Alexander, Mammæ filius. Concisus Aurelius Alexander & Alexander Severus postea dictus. Qui anno ducentesimo vigesimo secundo Imperium, post varium Antoninum Heliogabalum adeptus erat, annum etatis agens decimum sextum. Optimis usus est consiliariis, Fabio nempe Sabino, Domitio, Ulpiano, Paulo, ut taceam alios, qui copiose possent adduci, nisi brevitatis amore eos consulto omitterem. Hinc quoque Wesenbechius in Paratilis de Servitut. n. 5. p. 435. scribit: *Hic temporibus præcipuos factos, de quorum responsis Digesta confecta sunt, fluuisse.* Alexandro quoque ducitur laudi, eum iustitia, quam maxime deditum fuisse, optime enim sciebat effatum Ciceronis: *Eum scilicet, qui adipisci veram gloriam vellet, iustitiae fungi debere officiis.* Præterea Imperator noster immortalem sibi gloriam acquisivit, cum Christianus maxime cuperet, nec erga eosdem se gereret crudelem,

& si nonnullis fidem facere volumus, clam Christianismo addictus fuerit. Quamvis vero laudabiliter regno præfuerat, à seditionis tamen quibusdam militibus una cum uxore sua, anno sua etatis vigesimo nono, Imperii autem decimo quarto, interfactus fuit. De supplicante denique, ad quem scilicet hæc constitutio emissa fuit, ut & de subscriptione, quæ quidem tempus, five diem & consulem continet, nihil notatum dignum occurrit, hinc in præfens nobis sufficiat, Autoris legis fecisse mentionem.

Rationes ejusdem suppedantur.

§. IV. Constitutionem autem nostram, suis non destitu rationibus, haud difficulter probari poterit. Enim vero nulla prouersus lex adeſt, ut ipſe Imperator Alexander hic loquitur, quæ hanc constitutionem impedit. Quodcumque autem non est prohibitum, illud permissum esse cenſetur. *I. 7. C. de Religio.* hinc facile libertatem præſumimus. Ad prohibitionem vero provocans, eandem probare tenetur. *arg. I. 22. n. de probat.* Quilibet enim regulariter rerum suarum liber est moderator & arbiter. *I. 21. C. mandat.* & cuilibet licet facere, quodeunque velit, nisi quis vi aut jure prohibeatur. §. i. *J. de Jur. Person.* Ratio autem, cur nullibi ulla prohibitio inveniatur, dubio procul in eo consistit, quoniam mulieribus respectu bonorum dotalium, optime in legibus fuerit prospetum, ita, ut nullum pereulum hoc casu reformidare necesse habeant. Ast vero dictis non sine ratione obſtar videtur, quod dos sit donatio. *I. f. C. de donat. aut. nupt. Cyphan. ad. I. 4. C. de Jur. Dot. Berg. Differt. XLIX. §. 25. p. m. 1537.* Donationem autem omnium bonorum minime valere, cum nemo sibi facultatem testandi adimere queat. *I. 22. n. de legat. 3.* Huic tamen dubio triplici via obviam

TOMNIUM BONORUM

3

obviam ire placet. Primo igitur prorsus negatur, dote
tem esse meram donationem, hoc quidem largior, dote
tem esse speciem donationis, non tamen meram donationem,
mulier enim multum juris retinet in dote. *L. 29. C. de Jur.
Dot.* & sic comparatio cum donatione omnium bonorum
h. l. commodè institui non poterit. Deinde concedere
non possum, donationem omnium bonorum esse legibus
interdictam. Quamvis enim in gratiam potissimum do-
natorum olim leges existerent, quibus liberalitati civium
modus ponebatur, ut videmus in Lege Cincia qua non so-
lum certae personæ prohibebantur donum capere, sed &
constitutum erat, ne rata esset donationē ducentos aureos ex-
cedens. *§. 2. Inst. de Donation. Gravina de Orig. Jur. p. m. 55.
§. 63. seqq.* Successu tameū temporis per universitatem
bona omnia donare permisum fuit. *L. 35. §. 4. & 5. C. de do-
nat. l. 5. C. de inoffic. d. mar. l. 8. C. de revocand. donat. j. Magnif.
Dn. Menken. in Tract. Synopr. π. ad Tit. de Donat. p. m. 485.*
Nec ultimo loco hūc sententiae adversatur, sanctio *l. 22. π.
de legat. 3. licet enim nemo facultatem testandi sibi adime-
re queat, hic tamen testamenti factio saltem indirecte au-
fertur, quod fieri jura permittunt. *a. dub. Ingresi. C. de
Sacros. Eccl.**

Deo *§. V.* Cum rationes attulerimus, quæ legis nostræ *Quibus perso-*
& qvitatem fatis superque commendare possunt; haud abs *nis jus omnia*
re fore existimamus, ut personas, quibus jus universa bo- *bona in dotem*
na marito in dote dandi competat, consideremus. *dandi compe-*
tut.
Omnis autem sc̄mina bona sua dotis loco in maritum con-
ferre possunt, modo hæc licentia nec natura, nec lege ullo
modo sit restricta, enim vero, si quædam prohibitio, sive
sit legis, sive ab ipsa natura dependeat, adsit, tunc extra
117.2

A 3

con-



controversiam est positum, hancce prohibitionem effectum suum sortiri, uti etiam in subsequentibus §. §. deducere placet.

*An feminam I.
Iustes omnia
bona in dotem
dare possint?*

§. VI. Oculos autem statim converto ad foeminam illustrem, qvouisque ea bona sua in dotem dare possit. Evidem plerumque in illustribus familiis certain quantitatem constitutam suisse observare licet, ita, ut in Familia Marchionum Brandenburgicorum dos filiarum determinata sit 1200. florinorum, besant ziemlicher Ausfertigung nach derselben Würden und Ehren, doch soll ihnen kein Land und Leute gegeben werden, ut alias familias Illustres jam raceam. confer. Myler. *ad Rumelin. Part. 3. Diff. 5. th. 24. Limp. Observ. ad Aur. Bull. cap. 25. §. 2. obf. 8.* Nullum dubium tamen supereft, qvo minus illustris foemina interdum universa bona in dotem dare possit. Ubi id silentio non est prætereundum, qvod plerumque filiabus illustribus dos in numerata pecunia confitens asignetur. Minime autem certa terra portio vel pars Domani Regii. Nec ratio hac ex parte obseuraeft, foemina enim in aliam familiam transeunt, ad qvas feuda non sine dispensio & præjudicio status publici derivari possunt. Johann. Papon. *in Arrest. Lib. 3. tit. 10. Arrest. 1.* Qvamvis non sit iuficias eundum, in Illustri dote constituenda, præcipue ad consuetudinis vigorem attendendum esse. confer. Ahasverus Fritsch. *in Supplm. Speid. Besold. p. 58.* Quid hoc intuitu sit obsevandum in ratione filiarum illustrium patrum Apanagiatorum, hac accuratè discussa fuerunt à Petro Mullero *in Diff. de onere Dot. Fil. Illust. Patr. Apanag. c. 2. §. 1. seqq.*

§. VII. Cum dictum fuerit, quid ratione fœminæ Illustris obtineat, nunc legem nostram ad eam quoque mulierem applicare licebit, quæ minus solenniter ducta fuit à marito Illustri, quod matrimonium ad morganaticam contractum audit. 2. F. 29. Myler. ab Ehrenbach. in *Gamolog. Princip. Imper. c. 6. n. 43.* Diether. in *Orb. Literat. sv. continuat. Thes. Besold. voc. Morgengab.* Cum igitur extra omnem controversiæ aleam positum sit, quod matrimonium ad morganaticam sit legitima viri Illustris & sequioris conditionis fœminæ conjunctio. confer. Henr. Linkius. *Diss. de matrim. Leg. Sal. contract. c. 2.* Myler. c. 1. inde prono alveo sequitur, nihil obstat, quo minus tali matrimonio constituto universa bona in dotem dari possint. Nec rationes dissentientium tanti momenti sunt, ut à dicta sententia divorrium faciamus. Frustra enim tale matrimonium injustum ac illegitimum esse contendunt, ob adjectum pactum morganaticum, liberos pariter ac uxores à dignitate & successione paterna excludens. Arnif. de *Jure Connub. c. 8. sect. 6.* ita ut à quibusdam hæc matrimonii species inter monstra referatur. Havem. *Gamol. I. 3. t. 3. inf.* Ast vero gratis hæc dicta fuisse, unicuius omni præjudiciorum autoritate seposita est vestigio patebit. Enimvero pactum morganaticum nullam moralem involvit turpitudinem aut injuritiam, ita, ut nec matrimonii subflantæ quicquam in hoc conjugiocedeat. Charis. *de for. conscient. c. 2. n. 132.* Stryk. *Exam. Jur. Feud. c. 7. qu. 8.* Grot. *de Jur. Bell. ac Pac. L. 2. c. 7. §. 9.* & ibi Ziegler. *in not.* Cum igitur talis fœmina sit uxor legitima, quid obstat, quo minus quoque omnia bona illustri marito instar dotis, inferre valeat. Legis tamen nostra dispositio extendi nequit ad talēm fœminam, cum

*Quid in ma-
trimoniis ad
morganaticas
contractis obti-
neat.*

qua

qua matrimonium conscientia, quod Gallicé *Mariage de Conscience* appellatur, initum fuit. Hic enim legitimum matrimonium non contrahitur, cum leges ecclesiasticae clandestina connubia sacerdotali copula destituta penitus reprobent, ut silentio prætermittam hac ratione scandalis insignem dari occasionem. Stryk. *de Diffens. Sponsal.* S. 5.

§. 79.

An idem sit di-
cendum de fix-
mina mino-
renni.

§. IIX. Sed ad privatæ fortis foeminas nunc deveniendum est. Quid igitur haec ex parte de muliere minorenne sentendum erit? Nihil impedit, quo minus statuam, huic quoque facultatem universa bona in dotem dandi competere. Cui sententia non adversatur, id propterea fieri non posse, cum ejusmodi mulieri subveniat, si ultra vires patrimonii, vel totum patrimonium in dotem dederit. *l. 9. §. 1. n. de minor. 25. ann. C. l. un. C. si ad-*
vers. dot. Intimius enim in allegatas leges inquirentes, videbimus, easdem agere de eo casu, ubi mulieres fuerint circumventæ atque laesa. Nam si circumventæ id fecerint & omnia bona in dotem dederint, æquum omnino est, ut iisdem remedio restitutionis in integrum succurratur. Imo si in dote danda circumventus sit alteruter, etiam *majori annis* *viginti quinq* succurrendum est, quoniam bono & æquo non convenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut dannum sentire per alterius lucrum. *l. 6. §. 2. n. de Jur.*
Dot. Si igitur majoribus subvenitur, multo magis minoribus. Laesa autem mulier videtur exinde, quia ipsi forte non expediebat omnia bona in dotem dare, si v. g. æstimate ea dederit & tamen non æque æstimator, aut, si doti etiam conditiones præjudiciales fuerint annexæ & ampliores forsitan fructus, quam oportuit, maritus lucretur

tur. Idem obtinet, si ultra vires patrimonii dotem constituerit. Hisce enim in casibus omnino restitutioni locus est, adeo, ut etiam soror, sc̄emina circumventæ, ex persona defunctæ, possit restitutionem petere. *l. un. C. si aduers. dot.* quia est beneficium reale. *l. 6. n. de in integr. restitut.* si sc̄ilicet soror heres, sit majoren̄is, nam si est minoren̄is, tunc non ex persona defunctæ, sed ex sua persona restituitur *l. 19. ff. d. minor.* Diximus restitutioni locum esse, ast in *l. 61. n. de Jur. Dot.* amplioris dotis promissio *ipso jure* est invalida & nec restitutio admittitur. Sed respondeatur in *d. l.* curator constituebat & ejus dolus interveniebat, q̄a constitutio omnino ipso jure est nulla, secus tamen, si ipsa mulier constitutat, si enim hæc lata, restituitur. Q̄a occasione haud incommode disqvirendum venit, utrum solennitatum necessitas ad ductum *l. 22. C. de adminisfr. tutor.* quoque obſervanda sit, si ex causa dotis alienatio facta fuerit. Qvod affirmare nullus dubito. *j. l. 4. l. 8. l. 15. C. de pred. minor.* confer. Lauterbach. *Diffr. d. alienat. rerum, q̄a minor. sunt. th. 43.* ita ut ad dationem rei immobilis in dotem decreatum requiratur. Roland à Valle *de lucro dotis. qu. 45. n. 2.* Brunn. *ad l. 3. 4. C. de Pred. & al. reb. min. n. 18.* Dn. Reinhardt. *Diffr. de eo, qvod circa alienat. rer. minor. justum est. §. 20.* Nec hac ex parte aliter sentiendum est de patre, cum liberorum suorum tutor vel curator existat, qvippe qui in rebus illorum alienandis non minus obstrictus esse debet ad legitima requisita adhibenda. *l. 3. C. de pred. minor. l. 7. §. 2. n. de reb. eor. qui sub tutel.* Qvo tamen casu prætor ad consentiendum priorum esse debet patri. *d. l. 7. §. 2.* Magnis. Dn. Menken. *Tract. Synopt. Pandect. Tit. de reb. eor. qui sub tutel. p. 383.*

hic enim optimum consilium pro liberis suis adhibuisse
præsumitur. *I. 22. §. f. n. ad Leg. Jul. de Adult. I. 7. pr. C. de
Curat. Furios. I. 67. §. i. n. de Rit. Nupt.*

*de sponsa dicitur
quiritur.*

§. IX. Utrum sponsa universa bona in dotem dare
possit, haud immerito disqvirendum venit? Hic ancipi
Marte nonnulli legum Romanarum interpretes inter se
disceptarunt, num sub voce mulieris, sponsa quoque ve
niat intelligenda, & seré in negativam sententiam viden
tur proniores, cum sponsalia tantummodo sint mentio &
reppromissio futurarum nuptiarum. *I. i. n. de sponsal. & pro
pterea sponsi & sponsæ appellatione maritus & uxor pro
priæ non contineantur. §. 9. f. de Nupt. I. 12. §. i. 1. 38. pr. &
§. i. n. de Rit. Nupt. Carpz. Jurisprud. Consistor. L. 2. def. 63.
29.* Cui sententia subscrivere nec ego erubesco. Ut
autem eo faciliore modo de mea opinione constet, liceat
rationes dissentientium nonnullorum in medium propo
nere, easdemque sub incudem disceptationis vocare. Va
ria autem ratione demonstrare satagunt adversarii, spon
sam sub voce mulieris quoque contineri, provocant enim
ad scripturam sacram, ubi sponsa denominatur uxor.
*Deut. 22. v. 24. & Angelum Domini dixisse Josepho: Noli
timere accipere Mariam Conjugem tuam. Matth. 1. v. 20.*
Imo Jus Canonicum pariter ac Jus Civile eidem adstipu
lari videtur sententia: *j. c. 6. & 9. caus. 27. qv. 2. c. 9. x. de spon
sal. c. 7. x. de convers. conjugat. I. 30. n. de R. f. I. 15. n. de
Condit. & demonstrat. I. 4. I. 11. n. de sponsal. Gail. L. 2. Ob
serv. 80. n. 5. & denique ex ipsa dotis causa probare nitun
tur, sponsam venire voce mulieris. In lege enim *I. 7. §. i.
n. de reb. aut. jud.* expressis atque compositis verbis esse
depositum, sponsam, si dotem dederit, & nuptiis renun
ciatum*

OMNIUM BONORUM.

II

ciatum fuerit, tamen ad privilegium admitti, licet nullum matrimonium fuerit contractum, v. d. l. hic enim adesse spem matrimonii, spei effectum autem in jure esse, ut qvod proxime futurum, pro consecro habeatur, l. pen. n. de Testam. Mil. ibid. Brunn. ad n. ad d. L. idque maximē in favorabilibus, cum præterea in ambiguis pro dote responderet melius. l. 85. n. de R. J. & l. 70. n. de Jur. Dot. Maximum autem fundamentum ponunt in eo, quia à privilegio personali recte fieret illatio ad reale. Cum enim iure veteri eodem privilegio, scilicet personali, sponsa gavifuerint, l. 74. n. de Jur. Dot. Illo vero à Justiniano juxta l. 12. C. qui poz. in pign. in reale mutato, recte & eodem cum mulieribus uti, cum eadem obtineat ratio in sponsis, quæ in mulieribus, ut scilicet dos illis sit salva & facile nubendi occasionem reperiant. l. 18. n. de reb. aut. jud. Etsi res secundum simplicem juris naturalis æquitatem sit judicanda, nullam tamen differentiam rationem excogitari posse, sibi perswasum habent, cum sponsæ quoque dote soluta, æquilibus periculis atque difficultatibus sint subjectæ respectu repetitionis. Omnibus tamen hisce dubiis facilis negotio obviam ire possem, nisi hocce institutum à scopo planè alienum mihi videretur, pauca igitur saltem tangam, cetera ipsi conflictui reservabo. Qvod attinet ad l. 17. §. 1. n. de Reb. aut. jud. Sic illa nihil adjuvat sententiam adversariorum, dicitur enim in illa, sponsam, si dotem dederit & nuptiis fuerit renunciatum, tamen admitti ad privilegium. Sed quæritur ad qvodnam privilegium admittatur? Et respondendum venit, saltem ad privilegium personale, neutiqvam autem gaudet tacita hypotheca j. Brunn. ad n. add. l. deinde nihil officit l. pen. n. de testam.

B 2

testam.



Item, mil. t. si nimurum adsit spes matrimonii, spem autem haberi pro ipso effectu, enimvero in d. l. adest quædam fictio juris, qvæ non præsumitur, nisi expressæ in legibus talis fictio sit fundata. Nec denique argumentum, a fana ratione desumptum thesin nostram ferire poterit, sponsam scilicet æquilibus periculis cum mulieribus esse suppositam, dote scilicet soluta. Imputet enim sibi, cur solverit & tamen sciverit aut scire debuerit, se non gaudere tacita hypotheca in bonis mariti. Ut cæteras objectiones in præsenti sicco transgrediar pede, cum enim nulla dos esse possit fine matrimonio, nihil impedit, qvo minus asseram, sponsam universa bona nequaquam in dotem dare posse. Minus dubii erit, jure Saxonico, ibi enim sponsus sponsave nomine mariti & uxoris demum comprehenduntur, ad lucrum ex pacto dotali, statuto aut consuetudine loci, consequendum, cum conscientia thalami facta fuerit. *L. 3. §. 4. 45. P. III. Constit. El. 19. Carpzov. Respons. 108. n. 19.* & privilegium dotis obtinet, cum copula facerdotalis accepterit. *P. II. Constit. El. 24. O. P. S. tit. 43. S. Welch der Weizber.* Qvapropter sponsæ non satis videtur prospectum, si dotem prænumeraverit, maritus autem ante nuptias obæratus naturæ debitum solverit. Secus est in hypotheca augmenti dotis, qua non competit à tempore contracti & consummati matrimonii, sed à tempore, qvo dos aucta. *I. 19. C. de donat. ant. Kupt. ubi Brunn.*

*De fœmina
bæretica agi-
tur.*

§. X. Hactenus de muliere orthodoxa omnia bona dotis loci tribuente disserui. Sed quid hac ex parte intuitu fœminæ bæreticæ obtinet? In qua quæstione decidenda non oculos concurto ad eas mulieres, qvæ toleratis religionibus addictæ sunt, quippe qvibus indistincte, per

Inscr.

OMNIUM BONORUM.

13

Instr. Pac. Osn. & Monast. art. 5. §. 35. consultum fuit. Tales potius presuppono, quæ religioni in imperio non tolerata, sed alienis plane sacris, adhaerent. Quodsi igitur Judæa viro Christiano nubat, jura tale connubium inter Judæam & Christianum detestantur, ut tanquam adulterium sit prohibitum. *I. 6. C. de Judeis*, & propterea gratis quæstio instituitur, utrum talis Judæa omnia bona in domum dare possit, cum ipsum matrimonium sit interdictum; & ita per consequens jure dotis gaudere nequeat. *Avthent. Idem privilegium. C. de heret.* Bene tamen tale matrimonium, quod Judæus cum Judæa init, subsistit, si alicubi gaudeant jure civitatis. *conf. A. B. tit. 9. in fin.* Hinc Judæos, als Schirms Verwandte sub nomine subditorum comprehendendi in Camera conclusum fuisse resert Christoph. Schwanmann. *Obs. Cam. 67. in fin.* Idecirco nullus dubito, quin & illorum mulieres seu Judææ juribus, alii uxoribus competentibus fruantur, cuius Legum Romanarum & statutorum sape participes reddantur, non tantum in odiosis, sed etiam in favorabilibus. *conf. Rec. Imp. de A. 15. 48. Tit. von den Jüden.* Quid obest igitur, quo minus Judææ in causa dotis ad paria jura sint admittenda? Id quod dictum fuit de Judæa, jure merito ad alias foeminas hæreticas venit applicandum, si modo cædem tolerentur, & de contraria hujus vel illius regionis conseruudine vel dispositione non constet. E diverso cum Ecclesia Genevensis matrimonia Reformatorum cum Pontificiis, irrita censcat atque rescindat. *a. §. 12. J. d. nupt.* Leew. *Censur. For. P. I. L. I. c. B. n. 2. 3.* confer. Dn. Beyer. *Position. ad Institut. L. I. tit. 3. 4. §. 18.* prono alveo sequitur, quod jura dotis illic non obtineant, nisi benignior interpre-

B 3 tatio



An idem in uxoribus ad secunda vota transvolantibus?

tatio forte recepta sit. *a. l. 22. §. f. ff. solut. matrimon.*
 §. XI. Num foemina ad secundas nuptias transeuntes a lege nostra excludantur? hoc videtur innuere *L. 6. C. de secund. Nupt.* Ubi dicitur, mulierem secundo nubentem & habentem ex priori matrimonio liberos, non posse omnia bona secundo marito dare in dotem, sed tantum, quantum cuiilibet filio reliquerit. Imo nullis liberis existentibus talis mulier secundo marito ultra tertiam partem bonorum suorum in dotem dare nequit. *L. 1. C. de secund. Nupt.* Quamvis autem haec ita se habeant ex jure civili, interim tamen in Saxonia dicta juris civilis dispositio regulariter non observatur. Carpzov. *P. 2. C. 43. D. 17.* ita, ut ibi odium circa amissionem lucrorum nuptialium, & aliorum commodorum, secundis nuptiis initis, cesseret. Confer. Magnif. Dn. Mencken. *Tr. Syn. Pandect. Tit. de Rit. Nupt. p. 345.* Nec aliter sentiendum est, ratione uxoris ad secundas nuptias intra annum luctus transeuntis. *L. R. L. 1. 45.* adeoque hac in parte deterioris non est conditionis ista vidua, quam alteri tempestive nubens. Muller. *de odio secund. Nupt. c. 7. Th. 4.* Quapropter nullum dubium superest, quin hoc casu hodie mulier in secundum maritum dotis loco universa bona transferre possit, modo liberi prioris matrimonii in legitima laeti non fuerint, tunc enim locum haberet querela in officiosa dotis. *I. Un. C. de inoff. dot.* Nec denique totalitudo excidit vidua illustris, si ad secundas nuptias convolet, wenn sie den Wittwen-Stuhl verändert. Sed illud ad secundum maritum adserre vallet, qui eo ad vitam usque uxoris utitur, fruitur. Conf. Henel. *Tract. de Jur. dotat. c. 10. §. 17.* Diff. Myler. ab Ehrenbach. *Gamat. Princip. Imp. c. 14. th. 8.* Interim tamen novus

novus maritus in castro dotalito assignato habitare nequit, cum talis vidua post secundas nuptias initas habitationem amittat confer. Dn. Berger. *in Discept. For. ad O. P. S. t. 43. n. 3.* Quod ita cautum legere licet in *Ordin. Recogn. Proc. Saxon. tit. 43.* Ohngeachtet auch in dem Fall, da das Ehe-Weib den Wittwen-Stuhl verrückt, die ihr sonst gewöhnliche Wohnung hinweg fällt, so bleibt jedoch das ihr verschriebene Leib-Gedinge bey Kräfftten. Extra Saxoniam autem adhuc multis in locis odium secundorum nuptiarum præcipue nimis maturatarum observare licet, ut novo marito non omnia bona quæsita dotis loco dari possint. Ita statutum Noribergense celebratur, quo vidua intra semestre proximum post obitum prioris mariti, matrimonium contrahens, jacturam facit omnium commodorum, qua alias ad uxorem spectassent ad eoque haec lucra novo marito inferre nequit. confer. Dn. Müller. *cit. Diff. cap. 3. tb. 16.*

§. XII. Supra §. 5. diximus, omnes foeminas in lege nostra contineri, si modo nec lege, nec natura prohibeantur. Cumigitur in praesenti consideraverimus eas personas, quæ vi legis libere de bonis suis disponere posse, vel etiam pro re nata, quarum libertas restricta paululum fuit, necesse erit, ut paucis demonstremus, an foeminae natura impedita hunc in censum quoque veniant? Et negative statim pronunciare non dubito, eas scilicet sua bona non posse in dotem dare, id quod uno atque altero exemplo demonstrare licet. Fingamus enim furiosam velle dotem constituer, quis dicet, hoc procedere posse, cum tamen furiosa nulla sit voluntas? Furiosum enim, siue stipuletur, sive promittat, nihil agere natura manifestum

*Quid juris in
foeminis natu-
ra prohibitis?*

stum est. *L. i. §. 12. n. de O. & A.* Quoniam igitur furiosus non intelligit, quod agit, nec foemina furiosa dotem constituere valet, quod limita, nisi dilucida habeat interralla. Fatuæ denique stupidæ & melancholice foeminae sunt judicanda juxta gradus hujus vitiæ, si enim in summo gradu tales, comparandæ mente capitis, vel furiosis, sin minus, adhibitis curatoribus bona sua in dotem dare queunt.

Quibus personis universa bona in dotem dari possunt.

§. XIII. Visis igitur personis, quæ universa bona in dotem dare possunt, à scopo haud alienum futurum specro, si nunc ostendam, quibus in dorem dari possint. Dicit autem lex nostra, maritis eam constitui posse. Hinc nihil interest, sive maritus sit persona illustris sive nobilis, sive matrimonium Lege Salica contraxerit, sive quoque annos minorenitatis nondum egressus fuerit. Cautelæ tamè loco ut foemina sibi propisciat, si marito minorenii omnia bona dare velit. An in hæretico marito idem obtinet, dubium est, maxime si christiana hæretico nubere velit, cum enim ejusmodi matrimonia prorsus sint prohibita, nec ullus effectus exān oriri poterit. Secus si hæretica hæretico nubat, sic enim his quoque *L. n.* succurrit, si sc. tolerentur atque jure civitatis gaudeant, nisi etiam in §. 10. jam deductum fuit. Nulla deinde quoque subest causa, quin lex nostra commode ad viduas possit applicari.

Quenam bona in dotem dari possint?

§. XIV. Ordo jam exposcit, ut dispiciamus, quid in dotem dari poterit? Et sic *L. n.* respondet: Universa bona in maritum dotis loco conferri possunt. Quid vero per universa bona Imperator Alexander indigitare velit, nunc excutiemus. Vox *universum*, est nomen collectivum, ex quo patet, dotem in universis bonis constitutam

tam mobiles & immobiles res sub se continere, nec nomina excludi posse. Sed cum æque bonis nostris adnumeretur, si quid sit in actionibus, petitionibus & persecutioribus. *l. 49. n. de V. S.* Easdem quoque doti universorum bonorum constituta, annumerandas esse, extra omne dubium est positum. Minime autem actiones & nomina computari poterunt, si bonorum mobilium & immobilium mentio simpliciter facta fuerit; cum debitorum nomina, ut tertia quædam species bonorum non contineantur regulariter sub nomine mobilium & immobilium. *l. 15. §. 2. n. de Re Judic.* nisi generali hypotheca, enixa voluntatis declaranda gratia, specialis commemoratio mobilium & immobilium adjecta sit: tum enim ista ad nomina quoque trahi potest. *a. l. f. C. qui res pign. obl.* In Saxonia Electorali hypothecam omnium bonorum cum expressione mobilium & immobilium constitutam, nomina quoque comprehendere. *O. P. S. tit. 46. §. Nachdem, &c.* dispositum est. Ast, quid per bona intelligatur, jam monobimus. Jure Romano differunt in dominio esse & in bonis esse. Sunt enim quædam in bonis, quæ in dominio non sunt. *l. 49. n. de V. S.* Quæcunque igitur à nobis bona fide possidentur, ea in dominio nostro non sunt, sed in bonis. Hinc quod in dominio habemus, tueri possumus adversus omnes, adeo ut, nisi aliud rei, e. g. emphyteutica, indeles ferat, nullum jus in eo alteri concedamus, id autem, quod in bonis, non adversus omnes simpliciter defendere licet, sed adversus omnes alios, Dominum si excipias, cuires illæ debentur. *l. 52. n. de acquir. rerum domin.* Diversa tamen bonorum significatio est, cum interdum pro jure succedendi, veluti hæreditate capiantur. *l. 208. n.*

de V. S. Interdum vero strictiorem admittendo significationem, pro eo accipientur, quod in substantia patrimonii cuiusque est. *I. 49. n. de V. S. §. 2. 7. de vi bon. rapt.* Nos nulli dubitamus, quin omnes res, sive sint in dominio, sive in bonis, cum in hoc posteriori casu usicapiendi conditio in maritum transferatur, in dotem dari possint.

*An igitur bona
mobilia?*

§. XV. Ast vero opera pretium fore puto ut hac occasione singulae bonorum species paulo penitus sub examen revocentur. Sunt se hinc statim bona mobilia, quorum nomine veniunt omnia, quae sui natura de loco ad locum moveri possunt. Moventium autem item mobilium appellatione, idem significatur. *I. 93. n. de V. S.* Autem moventia activam significationem respiciant, e diverso mobilia passivam, pro eodem tamen accipiuntur, nisi aliter de mente constet. *d. I.* Si igitur mulier dixerit, se velle marito dotem constituere in omnibus suis mobiliis, tunc nec se moventia excludere voluisse presumitur, quo referas v. g. pecudes, ira quidem, ut maritus mortua uxore easdem instar rerum mobilium lucretur. Quo tendit prajudicium à Dn. Carpz. *P. 3. C. 23. def. 12.* excitatum. Interim tamen dote in omnibus bonis mobilibus concessa, in hanc classem neutiquam referri debent, quæ perpetui usus causa in certo loco collocata, cum hac potius juris intellectu pro immobilibus sint habenda. *I. 17. § 7. n. de Action. emi* confr. Dn. Schreit. *Diff. de reb. mob. in per-
pet. præd. usum desinat. c. 2. §. 1. seqq.* Ceterum hoc utraque manu concedendum est, quod non tantum se moventia, verum etiam, quæ pondere, *ut argentum*, numero, *ut nummi*, mensura, *ut vinum, frumentum* constant, in dotem dari possint. *I. 42. n. de Jur. Dot. & I. un. §. 7. C. de R. U. A.* adeo

adeo, ut nec pecunia praefidi*i* causa reposita, aut foenori, cambio vel praediorum emtioni destinata, sit exempta. l.79.
 §. 1. n. de Legat. 3. l.17. §. 10. & 11. n. de Act. Emt. Idem venit dicendum de pretio ex rebus immobilibus, etiam Gerda, redacto. Torcularia & pressoria, quibus mediabitibus mustum extorquetur ab uvis in dotem dari posse, extra omnem controversia aleam est positum; An autem ad mobilia sive immobilia referantur expediti juris vix erit. Evidem torcularia portatilia mobilibus accensentur. v. Carpzov. P. m. C. 24. d. 7. n. 9. ubi praejudicium; Hoc tamen asserere non licet, si stipitibus in terra defossis terra sunt fixa. l. 18. ff. d. a&t. cmt. aut ea intentione, ut perpetuo rei immobili accendant in eadem constituta, proinde ista immobilibus potius annumeranda esse dicemus. a. l.17. §. 7. ff. d. act. emt. v. Goswinab Ehrenbach addit. ad Carpz. Jurispr. Forens.

§. XVI. Immobilia quod attinet, ea sunt vel natura *Bona immobilia* e. g. *fundus*, vel facto hominis, uti *statue etdibus affixa*, vel juris intellectu, uti *animalia ferrea, servi adscriptitii*, l. 24. C. de agricol. & cens. Sed ante omnia hic quaestio praejudicialis ventilanda venit, an res immobiles feminas dotis loco constituere possint. Evidem si oculos convertere velis ad antiquas Saxonum Leges, negative venit respondendum, cum dicto jure mulieres bona immobilia haud possederint, ut colligendum ex L. R. L. 1. n. 17. v. Carpz. P. III. Conf. 23. Def. 22. n. 4. Secus res se habet, jure Saxonico novo, ut etiam jure civili, sic enim vix dubium, quin bona immobilia possideant, eaque indistincte in dotem dare possint. L. f. §. 2. in fin. C. de Jur. Dot. & l. 62. n. eod. Quamvis autem me non lateat, multas dari res,

quarum lis adhuc sit sub judice, an nimis pro mobiliis sint judicandæ, an pro immobilibus, ita, ut facile acris satis controversia exoriri possit, cum uxor omnia immobilia sua in dotem marito tribuerit, ab instituto tamen meo hoc in præsenti alienum esse puto; præsertim cum hoc labore jam functum fuisse animadvertam supra laudatum Dn. Schreiterum *cit. Diff.* Hinc id tantummodo moneo, & que res immobiles ac mobiles in dotem dari posse. Discri-
men autem in eo confitit, si mobilia data fuerint, maritus eadem lucratur jure Saxonico tanquam hæres mobilis-
L. R. L. 1. a. 31. L. 3. a. 76. Carpzov. P. 3. C. 21. Def. 22. con-
fer. Dn. Rivin. in *Diff. maritus her. mobil.* §. 2. seqq. Berlich.
P. 2. Conf. 29. n. 21. Carpz. P. 2. C. 2. Def. 3. n. 8. sed aliter
res se habebit in rebus immobilibus, dotis loco, concessis,
quippe in his regulariter maritus succedere nequit. *L. R. L.*
3. a. 76. Dn. Rivin. c. *Diff.* §. 36 seqq.

*Res incorpo-
ratae?*

XVII. Vidimus hactenus, quousque res corpora-
les in dotem dari possint, quid igitur juris in rebus incor-
poralibus, quæ scilicet consistunt in jure, & in sensu tan-
tum a posteriori, *exercitio scilicet*, incurruunt. Prius tamen,
quam ad hoc respondeamus, quæstio nascitur, an etiam ha-
instar rerum corporalium sint vel mobiles vel immobiles,
& negative respondemus, si *proprie* loqui volumus. *I. 15. §.*
2. n. de re Judic. *Impropriæ* tamen ratione rerum, quibus
inherent, aut quarum causa competit, ad alterutrum re-
ferri solent; Inde sponte sua sequitur, quod, indistincte,
uniuersis bonis in dotem datis, es bestie solches in mobi-
libus oder immobilibus, etiam dos res incorporales com-
prehendat. *a. L. f. C. que res pign. oblig.* Nec obstat, quod
mobilium & immobilium in paetis dotalibus specialis sit
facta

facta mentio, hisce verbis enim, uxor non tam generalitatem doris restringere, quam per ea verba enixa intentionem suam declarare voluisse præsumitur. *a. d. l. f.* Dicta illustrare licebit exemplo servitutis ususfructus, *a. l. 12. C. d. præscr. long. temp.* Nullum igitur dubium supereft, qvo minus ab uxore ususfructus in maritum sub titulo doris transferri possit. *l. 12. §. 2. l. 38. 39. 97. π. de usufr.* Nec huic sententiæ contrarius est *§. 3. J. de usufr.* Distinguendum enim est inter ipsum jus & exercitium ususfructus; illud tanquam meré personale non potest in aliud derivari. *l. 4. π. de Novat.* Bachov. in act. ad Wesenbet. *paratit.* *π. quib. mod. usufr. amitt.* *n. 5.* Philipp. I. 2. *Ecl. 24. n. 4.* Hoc vero nimirum exercitium ususfructus, seu jus perceptionis sub appellatione ususfructus ad aliud bené transferri potest. *l. 12. §. 2. l. 38. l. 67. π. de usufr.* remanente interim jure ususfructus penes ususfructuarium. *d. l. 12. §. 2. l. 8. S. f. ff. d. per. E com. rei vend.* Struv. *Exerc. 12. th. 17.* Carpz. *P. 2. C. 15. d. 16. n. 7. 8.* Multo minus ex hac ratione ususfructus excludendus est, qvo minus ad dotem omnium bonorum referatur, quia servitus nec in bonis, nec extra bona esse dicatur. *l. 1. π. de usufr. legat.* Sed dicta lex non Sermonem facit de servitute jam constituta, hæc enim dubio procul in bonis est cum actionibus peti posfit. *§. 2. J. de Ad.* sed de servitute adhuc constituenda, quæ cum nondum existat, consequenter etiam de ea nihil prædicari potest, adeoque nec vel in bonis, nec extra bona dici cons. Brunnem. *ad c. l. 1.*

§. XIX. Supra jam mentio facta sicut, quo usque dos omnium bonorum constituta etiam nomina sub se complectatur. Si autem sponsus non indistincte omnia

Nominas?

bona dotis loco accipere velit, hoc in pactis dotalibus exprimendum est hisce verbis: *Weil der Herr Bräutigam ein mehrvers zum Ehe-Gelde nicht annehmen wollen, confer. Dn. Stryk. de caut. Contr. S. 3. c. 8. §. 4.* Et præcipue citatus auctor ratione maritorum nobilium hoc consilium suppeditavit, utne omnia sponsæ nomina in dotem obtineat, quia pro quantitate dotis viduae nobili dotalitium constitui debet, ut hoc in §. 5. c. 1. prolixius deductum fuit.

bona futura?

§. XIX. Non tantum autem bona præsentia in dotem dari possunt, verum etiam futura. Si ita expresse dictum sit, qvod omnia bona dotis loco data sint & qvodsi alia adhuc, certo temporis spatio forsitan elapsa supervenerint, nec haec exclusa esse debeant. Qvodsi enim formæ legata, matrimonio jam constituto relicta fuerint, tunc omnino haec bona dotis privilegio gaudent. Quo casu tamen necesse est, ut compositis verbis hoc exprefsum fuerit & futurorum bonorum mentio injiciatur, quia dotis constitutio est facti & non præsumitur. Menoch. de præsumt. L. 3. præsume. 8. n. 34. Carpzov-P. 2. C. 16. d. 11. unde haud abs re erit, ut pactis dotalibus haec verba adjiciantur. Dass sie solche Ehe-Gelder wolte eingehbracht haben.

*bona paraphe-
nalia?*

§. XX. Ordo jam tangit bona paraphernalia & quamquam haec comprehendantur sub bonis mobilibus & immobilibus qvorum in §. XV. & XVI. mentio facta fuit, in præsenti tamen horum hoc loco mentionem injicere dividia non erit. Qva occasione non possum non oculos convertere ad jura Germanica, & in primis Saxonica antiquiora, enimvero apud dictas Gentes, antequam jura civilia innotescere coepint, omnia uxorum bonam ejusdem generis fuerunt,

ut

ut distinctionem inter bona dotalia, paraphernalia ac receptitia cum ignarissimis ignoraverint, ita ut marito in omnibus bonis, quæ uxor inferebat, sive tempore nuptiarum, sive postea, competierit administratio & usus fructus, è contrario ipsa proprietas apud uxorem remanserit. *conf. Spec. Sax. L. 3. art. 74. L. 1. a. 31.* Dn. Berger. *de discrim. bonor. ux. th. 17.* Hæc autem asper plane se habere jure civili & Saxonico recentiore, in vulgus notum est, ita ut distingendum sit, inter bona dotalia, paraphernalia & receptitia Magnis. Dn. Menken. *Tr. Synopt. Pand.* p. 353. Berger. c. 1. §. 21. De paraphernalibus autem bonis jam ex instituto disqvirendum venit, utrum ea quoque in dotem dari possint. Qvod dubio procul affirmandum est, Lege enim non distingvente, nec nobis distingendum erit, *c. 8. π. de Publ. Act.* Qvodsi autem ab initio certa quantitas dotis loco sit constituta, ita, ut reliqua bona respectum paraphernalium bonorum obtinuerint, an hæc postea tanquam dotalia inferri possunt? In decidenda hac quæstione affirmativa sententia subscribendum esse existimaverim, dotem enim augeri posse etiam constante matrimonio, nemo inficias iverit, modo conceptis verbis id declaratum fuerit. Dn. Stryk. *de Cauel. Contract.* S. 3. c. 8. §. 6. Ast vero, si à parentibus cum sponso pactum initum fuerit, ut certa quantitas dotis loco inferatur, reliqua vero bona tanquam paraphernalia considerentur; an postea conjuges à mutandæ conventionis libertate exclusi sunt, quo minus omnia bona dotis loco marito ex post facto tradi possint? Sed hic cavendum erit, ne cum parentibus principaliter pactum ineat, sed minus principaliter, tanquam arbitris sponsi sponsæ nomine intervenientibus.

tibus. Si enim principaliter contractum fuerit, tunc pactum patris hoc casu habetur pro pacto filia. *a. l. 7. C. de pact. convent. conf. Consultis. Dn. Barthius. Diff. de Benef. Fil. abf. bared. patern. c. 1. §. 20.* ubi præjudicium legere licet. Ceterum non admittenda est eorum Dd. hypothesis, qui jure Saxonico distinctionem illam, inter bona paraphernalia & dotalia, non observari contendunt, sed potius ex inveterata converudine omnia mulieris illata pro dote haber. conf. Coler. *Decis. 57. n. 3. &c Mollerus ad Constat. Elect. Aug. 28. n. 41.* dicta autem nullo firmo nititalo, unicuius satis patet. conf. *O. P. S. tit. 43. §. 28. aber. Carpz. P. I. C. El. 28. def. 87. 89. Ziegler. de Jur. Dot. Discept. Select. Them. 27. §. 28.*

bona receptitia?

§. XXI. Peculiarem indolem habent bona receptitia, ita, ut cum bonis dotalibus & paraphernalibus non debeant confundi. Qvamvis enim multi Dd. negent, receptitia à paraphernalibus distincta esse. Fontanella de *Pact. Nupt. c. 6. gl. 2. p. 7. n. 6. seqq. Giphan. ad l. 21. C. de Procurat. Wehner. in Obsrv. Praet. verb. Einer Hand. Güster 2c.* Ita, ut omnia bona, quæ mulier prater dotem habet, bona paraphernalia esse afferant. Anton. Thesaur. *Dec. 187. n. 2.* Ast vero, contraria sententia, ut scilicet bona paraphernalia & receptitia distinctis nominibus discernantur, ex ipsis juris civilis legibus lucem feneratur. *l. 9. §. 3. π. de Jur. Dot. l. 8. c. de pact. convent. conf. Wibel. de mulier contr. §. 8. n. 3. Menoch. l. 3. Präf. 8. n. 123. Mev. ad Jus Lubac. L. 1. t. 5. n. 3.* Nec dissentientes inde sententiam suam confirmare possunt, qvod JCti pasim de bonis mulierum præter dotem loquentes, ea extradotalium seu paraphernalium nomine insigniant, ita, ut hæc & receptitia non nisi

nisi verborum sono discrepent. Fontanella. c. l. sed quis potest negare, vice plus simplici in legibus accidere, ut idem & generis & speciei nomen sit. Dn. Berger. c. l. §. 34. Sunt igitur bona receptitia ea mulieris bona, qvorum cum proprietate plenam administrandi & utendi facultatem sibi uxor reservavit. Qvodsi igitur foemina certam bonorum partem, ceteris bonis omnibus in dotem datis, liberae dispositioni sua reservaverit, hoc verbis expressis fieri debet. Die Braut wolte sich von 2000. Thl. ihres Vermögens die freye Disposition vorbehalten. Tacita autem reservatio nihil efficit, cum in dubio omnia uxoris bona, administrationi mariti ejusdemque usufructui cedant, atque adeo paraphernalia esse censeantur. v. Finkelthus. obs. 118. Opus autem est, ut reservatio ista administrationis & usufructus in bonis receptitiis ab uxore ante nuptias fiat. Postea enim res non amplius est integra, siquidem nuptiis contractis marito est jus quasitum, in omnia uxoris sua bona, qvod ipsi invito eripi nequit, Qvicqvid sit, hoc tamen casu tacite receptitia bona constituta fuisse intelliguntur, si certa bona uxor ad maritum non transferat, aut si in domum mariti transferat quidem, sed peculiariter ea sibi retineat. Quemadmodum enim paraphernalia tum tacite constituunt bona, si maritum sciens uxor patiatur bona prater dotem allata administrare. a. l. 9. §. 3. n. de Jur. Dot. ita quoque ex peculiari administratione certae partis bonorum exenta ea à mariti dispositione voluisse censenda est. Qvo tendunt verba leg. fin. C. de pact. convent. Antea enim babeat mulier ipsa facultatem &c. Sed cum Jure Saxonico maritus indistincte sit legitimus curator uxoris sua. L. R. a. 31. §. 45. dicta ratione

tione marito nihil interverti potest, sed potius uxor, qvæ bonorum suorum usumfructum invito & ignorante marito percepit, defuncto eo fructus perceptos bonis ejus inferre tenetur. Carpzov. P. III. C. 25. def. 9. ut ita dicto jure receptitiorum bonorum constitutio non à solo uxorii arbitrio dependeat. Coler. P. I. Dec. 18. n. 12.

Res Geradice?

§. XXII. Ut cunque sit, Jure Saxonico certum datur genus bonorum receptitiorum, ubi nulla opus est expressa conventione, cum hoc ab ipsa lege dependeat, & vocetur *Gerada*. Si igitur contingat, ut uxor omnia bona in dotem dederit, neutiqvam res ipsius Geradica in hunc censum veniunt, cum in eisdem mulieri dominium competit, atqve liberrima pro arbitrio de Gerada disponendi licentia utatur, nisi in quantum jara prohibeant, ut hic mea faciani verba incomparabilis olim JCri Dn. Jacobi Bornii beatissimae recordationis in *Dissert. de Gerada Thes. II.* Qvapropter maritus uxorem, licet omnia bona dotis loco obtinuerit, obligare nequit, ut bona Geradica administrationis causa sibi tradat. Weichbildt. art. 23. Dn. Berger. c. 1. §. 35. ubi ostendit, qvomodo res Geradica à ceteris receptitiis bonis differant. Nec minus pecuniam lustricam ad bona uxorii receptitia referri pronunciatum suisse meminit Dn. Berger. c. 1. Interim tamen nihil obstat, qvo minus talia bona receptitia esse desinant, si uxor marito ex post facto ea in dotem dederit.

dimidia bonorum nuptialium?

§. XXIII. Qvod ad dona nuptialia attinet, utrum dos omnium bonorum ea sub se complectatur, nunc expendendum est. Hoc nemo in dubium revocabit, qvod in novos conjuges munera nuptialium dominium vel conditio uscapiendi transferatur: ita, ut absque dubio dimidia pars donorum nuptialium sponsi altera vero pars

pars sponsæ cedat. *a. l. 29. n. pro socio l. 9. §. 3. n. de Jur. Dot.*
Carpzov. P. III. C. El. 22. def. 1. Quid igitur si dicta dona
 nuptialia in genere sponso dotis loco imputata fuerint,
 hoc casu hisce muneribus privilegium dotis competere,
 elucessit ex *Decis. El. Sax. 51.* ubi Serenisimus legislator ita
 sancivit: Wenn ein Schwieger-Vater seinen Eydam an
 der Mitz-Gifft und Ausstattung ein gewisses, und zwar
 mit eingeschlossen des Hochzeit-Geschenkes, mitzugeben
 versprochen hätte, in solchem Fall ist es billig pro dote zu
 halten. Cum enim hac ratione dona nuptialia facta sint
 pars dotis, inde nullum dubium superest, quo minus vi-
 dua superest ea optime jure repetere valeat. confer. Dn.
 Müller. *Liss. de don. nupt. cap. 4. §. 8.* ita, ut non alio jure
 censeatur augmentum dotis, quam dos ipsa *l. 26. §. 2. n. de*
Pact. Dotat. Philipp. ad Dec. El. 51. obs. 2. n. 39.

§. XXIV. In dotem omnium bonorum non tantum *Res alienæ*
 res propriæ veniunt, sed alienas quoque accedere posse
 patet *ex l. 6. §. 1. l. 81. n. de Jur. Dot. l. 11. n. solut. matrim.*
 quoniam domino hac ratione dominium non aufertur,
 sed salvum & integrum ei manet, nec is ad rem dandam
 obligatur, cum saltem possessio & conditio usucapiendi
 transferatur in maritum, si modo sine vitio traditæ *b. e.*
bona fide & uxoris & mariti. l. un. C. de Usucap. pro dot.
conf. Bachov. ad Treutler. tb. 4. lit. C. p. 331. seqq. Dissent.
Cujac. l. 14. Obs. c. 9. Hotom. de dote *n. 46.* Qua occasi-
 one non possum non Homeri meminisse, de quo memoriarum
 proditum fuit ipsum filiæ sua propter inopiam Cypria sua
 Carmina in dotem dedisse. *Ælian. l. 9. c. 15.* qua tamè sorté
 nec de suo quidem dedit, si vera sunt, qua ipsi objicit
 Neocrates plagii Homerum arguens. Eustath. in *Prefat.*

Odyss. Ceterum id facile largior, qvod usucapio cesseret, cum matrimonium vitio nullitatis laborat. *l. 1. §. pen. n.* *pro dot.* Brunn. *ad L. un. C. de usucap. pro Dot. n. 2.* Qvo ad evictionem autem intuitu rei aliena in dotem data notandum est, qvod maritus actione gaudeat contra datum. *l. 34. l. 67. n. de Jur. Dot. Dn. Swendendorff. Diff. de Jur. dot. c. 6. §. 2.* si scilicet à promissione cœperit. *l. 1. C. de Jur. dot. Carpzov. P. 2. C. 34. def. 23. n. 3. Stryk. in us. mod. Pand. l. 21. tit. 2. §. 6.* Secus autem omnino sentiendum est, eum dos data sit, absque præcedente promissione. *l. 6. C. de Jur. Dot. Dn. Berg. Animadvers. in Brunnem. Quæst. tit. de Evid. ad quest. 3.* Qua ratione autem dotis evictæ nomine tum marito contra uxorem agere liceat; tum mulierì contra hunc actio detur, qui dotem ipsi dedit; hoc explicatum fuit à Dn. Stryk. c. 1. §. 8. 9.

litigiosæ?

§. XXV. Quamvis autem res litigiosa non possit alienari. *l. 2. C. de litig. ita, ut hoc loco alienationis nomen laxius accipiatur, & non tantum comprehendat emptionem & venditionem; sed & quemcunque alium actum vel contractum, ex quo dominium rei transfertur. d. l. 2. §. l. 4. pr. & §. 1. C. de litigios. nihilominus in dotem omnium bonorum res litigiosas quoque referri posse, affirmare non dubito. conf. l. f. §. 1. C. c. t.* *Enim vero hoc casu non ad vexandum adversarium; sed affectione matrimonii alienatio facta fuisse presumitur. confer. Lauterbach. Colleg. Pr. ad Pand. tit. de litig. §. 18.* Imo favorem nuptiarum tantum esse putat Brunnem. *ad c. l. 4. n. 6.* ut censatur esse alienatio necessaria, & idem sit non tantum in dote constituenta, sed etiam restituenda.

*fidei commiss
faria?*

§. XXVI. Fideicomissa omnino hoc effectu gaudent

dent, ut in iisdem alienandis fiduciarii libero arbitrio haud utantur. *Avtb. Res quas. C. Comm. de Legat.* Cacheran. *De-
cif. Pedem.* 85. n. 18. Hondon. *Vol. 1. Cons.* 33. n. 19. Inde prono alveo sequitur, id, quod prohibitum est, in genere alienari, illud quoque prohibitum esse quoad singulos a-
ctus, per quos alienatio contingit. Knipsch. *de Fideicom.
Fam. c. II. n. 38. seqq.* Anne autem dicta prohibitio in no-
stro casu respectu dotis limitationem patiatur, hic exami-
nandum est? Disponi igitur posse de bonis fideicommisso
subjectis in favorem dotis patet ex cit. *Avtb. j. I. 22. §. 4.
π. ad SCT. Trebell. Nov. 39. c. I.* Sand. *de probib. rerum a-
lien. c. 8. n. 17.* Brunn. *ad allegat. Autbent. n. 2.* Impera-
tor autem rationem in eo positam esse voluit, ut illa quæ
comuniter omnibus prosunt, præponantur iis, quæ spe-
cialiter quibusdam utilia sunt. Favorem autem dotis es-
se publicum, nemo difficeri poterit. conf. *I. 2. π. de
Jur. Dot.* Stryck. *de Caut. Test. c. 21. §. 7.* Ceterum id non
silentio prætereundum, hoc casu Dd. requirere, ut nulla
alia bona suppetant, unde comemode filia dotari possit;
cum hanc dispositionem tantummodo subsidiariam esse
putent. *a. I. 16. π. de minor.* Stryck. *c. I. §. 8.*

§. XXVII. Nullum quoque dubium superest, quo minus dos universorum bonorum, es besthe solche in be-
weglichen oder unbeweglichen, etiam partes metallicas,
quas vulgo Ruchse nominant, complectatur. Quamvis An idem obli-
minus dos universorum bonorum, es besthe solche in be- neat in parti-
weglichen oder unbeweglichen, etiam partes metallicas?
enim in Saxonia Electorali fructus metallici pro non re-
nascentibus habeantur, adeoque redditus partium metalli-
carum marito jure ususfructus non cedant. *P. 3. C. El. 25.*
inde tamen argumentum duci nequit, quo minus dos
omnium bonorum eo extendatur. Cum enim dicta

partes metallicæ juxta. cit. *Conf.* instar immobilium considerentur; proventus vero sive redditus ex ipsis, si jam separati & percepti sint, mobilibus accenseantur. conf. Dn. Rivin. *Diff. de marit. Hæred. mobil.* §. 49. cur igitur partes metallicæ a dote omnium bonorum exclusæ esse debent?

*Feudum quo-
vsque in do-
tem dari pos-
sit?*

§. XXVIII. Ex hisce deductis appareat, bona allodialia omnia ad ductum legis nostræ à feminis in dotem dari posse, quid vero de bonis feudalibus dicendum, nunc videbimus, num scilicet hæc quoque ad dotem omnium bonorum sint referenda? Supponimus igitur hic feudum impro prium sive fœminum, & quanquam alias distinguatur inter feudum fœminum & fœminæ. 2. F. 50. hodierno tamen loquendi usu omne feudum fœmineum dicitur, quod ad feminas est transitorium, sive ex consuetudine, sive ex pacto succedant. Conf. Swendendörff. *Annot. Feud. ad Lucubrat. J. R. Ex. 5. §. 11. voce: Fœmi-
num.* Dn. Horn. *Jurispr. Feud. c. 4. §. 3.* Mulier igitur, si Feudum habeat, hoc in dotem omnium bonorum re ferre non prohibetur. 2. F. 13. 2. F. 17. Quod quidem non ex ea ratione affirmandum est, quod dotis datio ab uxore facta non sit species alienationis prohibitæ; sed quod concessioni Feudi feminæ factæ insit permisso fa cultatis constituendi dotem. Struv. *S. J. F. cap. 13. apb. 5.
n. 1.* Swendendörff. *c. I. Diff. 14. §. fin. voce: Nec in do-
tem &c.* Quo casu, si filia, feudum simul in dotem dare velit, consensus domini directi non exigitur. 2. F. 13. modo feudum non estimatum fuerit venditionis ergo, ne que pactum de lucranda dote accesserit. Confer. Dn. Mencken, *Tr. Synopt. Pandect. tit. de Jur. Dot. p. 351.* E diverso

diverso si pater vel extraneus feudum in dotem velit dare, tunc necessario consensus domini directi requiritur. 2. F. 9. §. donare. Propterea autem ratione sc̄minæ aliter dispositum fuit, quoniam hoc casu non omnimoda adest alienatio, uxor enim constante matrimonio quodammodo est & manet Domina. 1.30. C. de Jur. Dot., ita, ut ad maritum dominium non perpetuum ac irrevocabile transeat, sed temporale ac revocabile, quod soluto matrimonio ad mulierem revertitur. c. 1.30. Bitsch. ad tit. 13. 2. F.

Notab. 1. Sweudendörff. c. l.

§. XXIX. Hucusque quæstiones ad dotis omnium bonorum objectum s̄e referentes declaratae fuerunt. Ante omnia tamen, cum universa bona in dotem data fuerint, & alienum deducendum est, cum bona non intelligantur nisi deductio ære alieno. 1.39. §. 1. π. de V. S. l. 2. §. 1. π. §. 1. 6. C. de Collat. l. 8. C. ad leg. Falcid. l. f. §. f. C. de bon. que liber. j. §. ult. J. ad Leg. Falcid. Cum igitur mulier omnia bona loco concesserit, ea bona intelligenda, quæ libere in patrimonio ejus sunt. Quo sensu ἔχει ναδαρεῖν, quod deductio ære alieno superest, vocat Theophil. ad Inst. tit. de Leg. Falcid. conf. Harmenop. 2. 5. t. 9. N. 1. §. 22. l. f. C. de Repud. Hinc Quintilianus Declam. 273. inquit: *Bona mea i. e. quod liberum in patrimonio meo est, ad Te transfire debet, ære alieno prius soluto.* Multo minus mulier in fraudem creditorum dotem omnium bonorum constituere valet, cum actio revectoria detur creditoribus adversus maritum, scientem fraudari Creditores & nihilominus dotem accipientem. l. 10. §. 14. l. 25. §. 1. §. 2. l. 14. π. que in fraud. Cred. Celsus Burgalius de dolo. l. 3. C. 6. n. 50. seqq. Qua de causa quo-

Omnibus bō-
nis in dotem
datis id vide-
tur datum,
quod deductio
ære alieno sū-
perest.

quoque dos non debetur filiabus, antequam creditoribus paternis sit satisfactum Carpz. P. 2. C. 46. d. 17.

Dos utplurimum constituitur pactis dotalibus.

§. XXX. Qua ratione dos omnium bonorum sit constituta, nunc explicandum venit. Dos autem omnium bonorum expresse constituitur, & quidem hoc plerumque fieri solet in pactis dotalibus, quicquid enira de dote conventum est, valet. l. 48. π. de Paet. l. 1. C. de Paet. Convent. modo bonis moribus & legibus non sit contrarium. l. 5. pr. π. de paet. dotal. j. l. 5. C. d. legib. Sufficit igitur hanc ex parte consensus utcunque declaratus, cum scriptura non sit necessaria, sed tantum commodioris probationis causa exigatur. l. 6. C. de dot. prom. l. 4. π. de pignor. Quamvis autem non opus sit, ut cum pacta dotalia conficiuntur, e. g. à Patre filia nomine, ut hac specialiter consentiat. L. 7. C. de Paet. convent. hoc tamen tantummodo admittendum est, quatenus talia pacta tendunt in commodum & utilitatem sponsæ. conf. l. 45. in fin. π. solut matrim. Cum in favorabilibus solius etiam patris consensus sufficiat. L. 6. C. de Revoc. donat. E diverso, si istiusmodi pacta damnum & perniciem sponsæ vel uxori afferant; tunc pactum patris non debet ad filia dispensum operari. l. 7. C. de Jur. Dot. l. 7. π. de paet. dotal. conf. Consult. Dn. Barthius Diff. de Benefic. Fil. abst. Hered. Pat. ad effect. exig. dot. prom. c. 1. §. 18. 19. Inde nullum dubium superest, quin omnibus bonis in dotem datis, quam maxime filia approbatio sit necessaria.

*De Consensu
Curatoris dis-
quiritur.*

§. XXXI. Sed non incommode jam sub incudem dissertationis revocare licet, utrum dote omnium bonorum in pactis dotalibus tributa curatoris consensus sit necessarius?

nessarius? Quod ad Jus Civile attinet, citra dubium curatoris consensu supersedere potest. *L. 3. C. de Revoc. donat.* Ast vero Jure Saxonico res majoribus difficultatibus supposita esse videtur. Cum enim mulier absque curatoris consensu matrimonium inire possit, *L. 8. C. d. nupt.* etiam de bonis suis ratione dotis quounque modo disponere posse videtur, cum dos & pacta, quibus illa constituitur, sint sponsaliorum item nuptiarum accessoria. *a. l. 21. §. 3. ff. quod met. caus.* Quam sententiam in Saxonia Electorali usū servari testantur Moller. *L. 1. Sem. c. 13. n. 2.* Carpz. *Decis. 173.* Brunn. *Cent. 1. Dec. 45.* Ast vero tutissime omnino in nostro quoque casu curator adhinetur, cum hic singulare mulieris omnia bona in dotem dantis præjudicium versetur. *P. II. Conf. El. 15.* nisi mulieris præsentes agnati curatoris defectum suppleant. conf. Magnif. Dn. Menckeh. *Tr. Synopt. Pandect. Tit. de Pact. Dotat. p. 354.* In primis autem curatoris consensus tunc necessarius erit, si dos estimato detur, quia hoc modo emtio venditio, quæ absque curatore neutiquam valet, celebrata esse videtur. conf. Dn. Bodin. *Diff. de his, que mulier Sax. valid. citra curat. ag. tb. 10. lit. b.* E diverso necessitas curatorem adhibendi cessat, cum pacta dotalia tantum per modum ultimæ voluntatis composita sunt. *a. l. 4. C. quasi testam. fac. poss. P. II. Conf. El. 15. §. fin.*

§. XXXII. Supra §. 30. assertum fuit, quounque modo in pactis dotalibus pacisci licere. Neutiquam tam jure civili permittitur, ut in dote omnium bonorum per dicta pacta successio tribuat. *L. 5. C. de pact. con- vent. conf. Gail. l. 2. Obs. 126. n. 1.* Wesenbec. *P. I. Diff. ad D. 46. n. 23.* Klok. *Conf. II. 4. n. 13.* Interim tamen

Praxi Imperii contrariam sententiam contra d. l. hodie admitti, unanimi propemodum suffragiorum consensu Dd. statuunt. Dn. Mencken. *Tr. Synopt. Pandect. t. de pact. dotal.* p. 353. Myler. *Gamol. c. 6. n. 22.* Cothm. *V. 2. Rep. 78. n. 170.* Wesenbec. *Paratitl. n. tit. de pact. dotal. n. 4.* Quodsi autem hac ratione per modum ultimæ voluntatis de futura successione disponatur, quinque testes accedere debent. *I.f. §. f. C. de Codicill.* Br. ad *L. 1. n. de pact. dot.* Perez. *in Comm. Cod. tit. de pact. convent. n. 15.* Hahn. *de Jur. Rer. Confl. 73.* aut insinuatio judicialiter fiat. *a. l. 19. C. de testam. P. II. C. El. 43.*

*Dos debet
tradi.*

§. XXXIII. Traditio quoque accedit necesse est, ratione dotis omnium bonorum. Traditur autem dos vel naturaliter. *l. 46. n. de J. D.* vel civiliter, hoc contingit nimirum cautione. *l. 3. §. 2. n. de A. E. l. 20. n. a. l. 3. n. de usuf. r.* Imo quoque legatum vel hereditas a muliere dotis causa repudiari potest, ut vir acquirat. *l. 14. §. ult. n. de fund. dotal.* Ut alia huc spectantia jam silentio præteream, quæ legere licet apud Dn. Ziegler. *Dissert. de Jur. Dot. §. 36.* Quodsi autem negotium tantummodo in terminis promissionis subsliterit, ita, ut universa bona saltem promissa, nondum vero illata fuerint. *a. l. 6. C. de Dot. promiss.* hæc dos promissa omnino sub dotis vocabulo continentur, quoties substrata materiæ id patitur. *a. l. 9. C. de pact. convent.* Dn. Mencken. *Tract. Synopt. Pandect. tit. de Jur. Dot. p. 350.*

*Maritus non
cogitur omnia
bona dotis lo-
co accipere.*

§. XXXIV. Interim tamen maritus cogi nequit, ut cogitur omnia bona dotis loco accipiat. Contingere enim potest, ut dos omnium bonorum marito sit oneri. Ita marito nobili bene prospiciendum erit, ut ne dote omnium

omnium bonorum nimis insigne præjudicium feudo inferatur, cum successu temporis juxta dotis quantitatem sit constituendum dotalitium. Qua ratione hoc nobili sit consulendum, supra §. 18. jam deductum est.

§. XXXV. Dotem omnium bonorum constitutam fuisse, facti est, & probatione opus habet. *l. 22. n. de Probat.* Neutiquam autem sufficit, quod in instrumento dotis confiteatur maritus, se dotem accepisse, *l. 1. C. de Dot. Caut. non num.* Excell. Dn. Rivinus in *Enunciat. Tit. 43. Enunc. v. Ludovici in Dissert. de probat. dot. §. 18.* Quod ex hac ratione non admittendum esse Dd. putant, quoniam ante nuptias & tempore pactorum dotalium dos numerari non solet, ut igitur sublestæ fidei hæc confessio esse videatur. *conf. Brunn. ad cit. l. 1. n. 1.* Ut ne igitur uxor dotis illata omnium bonorum probatione successu temporis destituatur, hæc omnino circumspecta esse debet. Gail, *L. 2. Obs. 81. n. 1. seqq.* cum ne quidem maritus jurata confessione creditoribus suis prædicare possit. Carpz. *P. 1. C. 28. def. 73.* Qua ratione ergo hoc in casu callidis machinationibus obviam eundum sit; faciem pralucere annifus fuit Dn. Stryk. *Caut. Contr. S. 3. c. 8. §. 29.* Nec minus id haud abs re fore videtur, ut confessio dotis acceptæ ex post facto tempore constantis matrimonii accedat. *conf. l. 14. §. 1. C. de non num. pec. Brunn. ad l. 1. n. 2.* Interim hoc extra dubium positum est, quod contra ipsum maritum, factum illationis dotis omnium bonorum negantem, confessio ejus loco probatioonis uxori dotem repetenti sufficere possit. Mev. *P. 2. Dec. 241. n. 4.* cum hoc casu confessio in solius confitentis mariti præjudicium cedat, uti hæc prolixius deducta

*Sola confessio
ne mariti dos
illata non pro-
batur.*

E 2 legere

legerem licet ap. Dn. Ludovici *Diff. de Prob. Illat. Dot.* §. 6. seqq. Ratione videtur autem dotalitum petentis requiritur, illationem dotis omnium bonorum accurate probatam fuisse. Ad hoc vero probandum non adstringitur, dictam dotem in utilitatem feudi versam fuisse. Ex illatione enim versio presumi solet, donec agnati contrarium probaverint; Dn. Ludovici *in. D. Diff.* §. 31. Carpz. P. 2. C. 44. def. 9. n. 7. & 8. Stryk. *Exam. Jur. Fend.* c. 21. qu. 21.

Pactum de lucranda dote omnium bonorum valet.

§. XXXVI. Quodsi adjectum fuerit pactum de lucranda dote omnium bonorum, an hoc admittendum venit? Quod omnino affirmandum est. conf. Bachov. *ad Treutler. Vol. 2. Disp. 7. tb. 4. lt. e.* modo uxor non fuerit decepta sive circumventata. *I. un. C. si adv. dot.* Quo casu ei succurrendum est ex bono & aequo l. 6. §. 2. n. de *Jur. Dot.* Multo minus in fraudem legitima, liberorum effectum producere potest. t. t. *C. de Inoff. Dot.* j. l. 6. *C. de secund. Nupt.* Maurit. *de Restit.* c. 203. n. 3. Quodsi autem seendum in dote omnium bonorum deprehendatur, pactum de lucranda dote illud neutiquam afficere potest, uti jam supra deductum fuit in §. 28. conf. Dn. Ziegler. *de Jur. dot.* tb. 38.

In dubio bona uxoris pro paraphernalibus sunt censenda.

§. XXXVII. Hactenus demonstratum fuit, qua ratione expressé universa bona in dotem dari possint. Nunc quoque exsurgit an in dubio quoque omnia bona dotis loco illata fuisse presumantur? Quod omnino negandum est, cum talem intervenire actum necesse sit, ex quo de constitutione dotis & animo constituendi presumptio fieri possit. Quapropter si mulier simpliciter, nulla dotis facta mentione, marito nupserit, neutiquam omnia bona sua

sua ei dotis causa dedisse censetur. *I. 9. §. 2. C. 3. π. de Jur. Dot. I. 17. C. de Donat. int. Vir. & Uxor. Hillig. in Don. Enucleat. I. 21. c. 10. lit. F. Carpzov. Differt. de Bon. ux. Recept. §. 13.* Cum dotis constitutio sit facti *I. 1. C. de Jur. doc.* ita ut non presumatur, sed probari debeat. Finkelthus obsernat. *118.* Bach. ad *Trenit. Vol. 7. Disp. 7. tb. g. Cache- ran. dec. 21. Mæv. ad Jus Lubec. L. 1. t. 5. n. 15.* Quamvis autem Schilter. in *Prax. Jur. Rom. in For. Germ. Ex. 36. §. 77.* in contrarium propendeat sententiam, quod scilicet in Germania uxor in dubio omnia bona marito in dotem dedisse presumatur, cum Jure Germanico differentia inter bona dotalia, paraphernalia & receptitia sit incognita. Hoc tamen neutquam admittendum est, cum hoc intuitu quoque Jus Romanum, taquam Receptum attendi debeat. conf. Dn. Stryk. *Diff. de Jur. Singul. Connub. in Germ. c. 3. §. 7.* Ziegler. *de Jur. Dot. §. 28.* nequaquam enim omnis bonorum uxor's differentia in foris Germanicis sublata est. Coler. *P. 1. Dec. 18. n. 3.*

§. XXXIX. Cum vero dos vel aestimato vel inestimato dari posuit. *I. 10. l. 52. π. de Pact. dotal.* nullum dubium existit quo minus dote omnium bonorum constituta hoc fieri posit. Qua occasione id notandum est, duplice modo res aestimatæ in dotem dari. Aut enim dantur, ut inter dantem ac accipientem contrahatur emtio venditio, quaæ aestimatio dicitur venditionis causa facta. *I. 10. §. 4. 5. l. 16. π. de Jur. Dot. I. 15. π. solut. matrim. I. un. §. 9. de R. II. A.* aut aestimatio taxationis saltem gratia adjicetur, ut de vero pretio constet. *I. 21. C. de Jur. Dot.* Quid igitur hac ex parte actum fuerit, bené considerandum est, si enim res dotales in aestimata datae fuerint, pe-

*Dos omnium
bonorum da-
tur l. aestimato
l. inestimato.*

riculum harum spectat ad mulierem, & præterea dictæ res soluto matrimonio in specie sunt restituendæ Stryk. de Caut. Contr. S. 3. c. 8. §. 10. si autem sub certa æstimatione res datae sint & quidem venditionis causa, periculum spectat ad maritum. I. 5. C. de Jur. Dot. Ait vero si taxationis gratia æstimatione sit adjecta distinguendum, an res soluto matrimonio adhuc existant, an casu interierint. Priore casu restituenda res ipsa eodem tamen pretio, quo datae, posteriori pretium præstari debet. I. utr. pr. n. de Pac̄t. dot. l. 20. C. de Jur. Dot. l. 50. l. 66. §. 3. n. solut. matr. conf. Joh. Petr. Fontanella de Pac̄t. dot. Tom. 2. Claufal. 5. Gloss. 8. part. 13. n. 31.

fidejussor ab uxore ratione
dotis omnium bonorum non
potest exigi.

§. XXXIX. Neutquam tamen uxor intuitu dotis omnium bonorum à marito fidejussorem exigere vallet. I. l. 1. 2. C. ne fidejuss. dot. c 7. x. de Donat. inter Vir. & Uxor. Rationem in eo positam suisse censem, quia hoc perfidia & tumultibus ansam suppeditare valet. d. l. 2. conf. Dn. Schoepffer. Synopf. Jur. Priv. tit. de fidejuss. n. 19. Quodsi autem maritus ad summam inopiam vergere cœperit, uxori ab eo satisfactionem petere permitti monet. Dn. Berger. Animadvers. in Br. Quæst. ad Pand. t. de fidejuss. ad qu. 4.

Maritus dotis
fit Dn. civilis.

§. XL. Satis patet, quia ratione dos omnium bonorum constituantur, nunc inoffenso pede effectus ejusdem considerare licebit. Quod institutum ita prosequendum erit, ut attendatur, tum quid à parte mariti, tum quid à parte uxorius sit observandum. Quod ad maritum attinet, ille gaudet omnino durante matrimonio civili dominio, a. l. 9. C. de R. V. Quod si igitur marito res omnes dotis loco traditæ fuerint, tunc Dominus fit revocabilis rerum non fungibili-

um

um d. l. 9. ut igitur r̄es mobiles planē alienare possit. a. l.
3. §. 2. n. de suis & leg. Her. Imo fungibilia irrevocabili-
ter acquirit & liberē distrahit. l. 42. n. de Jur. Dot. Qua
occasione non incommodē q̄aſtione ventilare licet,
utrum res ex pecunia dotali acquisita dotalis fit censenda?
Quod omnino negandum est. l. 12. C. de Jur. Dot.
Quamvis autem multi L. 54. n. eod. contrariam sententiam
confirmatam fuisse existimant, neutquam tamen ex di-
cta lege aliquid probari potest, cum verbum: *videtur*,
nota sit improprietas conf. Dn. Berger. Oecon. Jur. l. 1.
t. 3. tb. 10. n. 11. ubi *præjud.* Secus tamen sentiendum est,
cum prædia ex tali pecunia comparata, sint emta nomi-
ne ipsius uxoris & ipsi tradita. l. 6. C. *si quis alt.* l. *sibi.*

§. XLI. Quid juris autem est ratione rerum immo-
bilium, cum dos omnium bonorum constituta? Hac
occasione supra facta distinctio §. 38. in mentem revo-
canda est, utrum res æstimato, an vero inæstimato in do-
tem data fuerint, conf. Zieg. de Jur. Dot. §. 43. & 44.
Res igitur dotales immobiles inæstimato datas, vel taxa-
tionis saltem gratia æstimas regulariter maritus alienare
nequit, ne quidem consentiente uxore ut ne sexus mulie-
bris fragilitas in perniciem substantia mulierum conver-
tatur. Pr. J. Quib. alien. hc. vel non l. 30. C. de Jur. dot.
Philipp. lsf. Pr. Inſtit. l. 2. Ecc. 49. Quod si autem uxor
sub juramento consenserit in alienationem mariti, hoc
omnino sufficiens est. a c. 28. x. de jurejur. c. 7. c. 1. in 6.
Thom. Dec. 31. n. 49. Nec minus in Saxonica Elec. alie-
natione dotalis prædii ab ipsa uxore cum consensu mariti
& curatoris facta subsistit. 2. M. l. 1. a. 31. Dec. El. 24. Co-
ler. Dec. 12. n. 21. seqq. Cum igitur maritus lege prohibe-
tur

*Res immobiles
maritus regar-
tariter aliena-
re nequit.*

tur alienare fundum dotalem. *l. un. §. 15. C. de R. U. A.* hoc non tantum ejusmodi alienationem respicit, qua dominium transfertur ad alium, sed idem obtinet, cum aliud Jus in **re** constituitur, ut hypotheca. *d. l. un.* Evidem huic sententiae obstat videtur. *l. 21. C. ad SCT. Vellej.* ubi permittitur mulieri renunciatio juris hypothecæ. Sed dicta *l.* ad nostrum casum applicari nequit, cum de bonis mariti mulieri obligaris & remittendo in iis jure hypothecæ, neutiquam vero de ipsa re dotali hypothecæ supponenda tractet. conf. Dn. Menken. *Tr. Synopt. Pand. T. ad SCT. Vellej. p. 222.*

*Maritus rei
dotalis fru-
ctus percipit.*

§. XLII. Fructus autem ex dote omnium bonorum mobilium & immobilium provenientes maritus lucratur & suos facit. *l. 7. pr. n. l. 20. C. de Jur. Dot.* Sive sint naturales, in specie tales aut industriales *l. 10. §. 3. n. d. t. l. un. §. 9. C. de R. U. A.* sive civiles *l. 7. §. 14. n. solut. matrim.* Enimvero fructus pro sustinendis matrimonii oneribus cedunt lucro solius mariti. *l. 20. C. de Jur. Dot.* Quod tamen tantummodo admittendum est ratione fructuum, qui ad maritum pervenerunt constante matrimonio, ante enim vel post percepti dotti accrescunt. *l. 6. l. 7. §. 1. ff. solut. matrim.* Qua ratione hoc in casu calculus rite subduci debeat, demonstrare satagit. Dn. Ziegler. *de Jur. Dot. tb. 62.* Quodsi autem à marito thesaurus in fundo dotali sit inventus, hunc totum non lucratur, sed dimidiam partem soluto matrimonio restituere necesse habet, cum explorati juris sit, quod thesaurus inter fructus non computetur. *l. 7. §. 12. n. solut. matrim.* conf. Henricus Neuenhan. *de constit. acrepet. Dot. tb. 6. lit. D.*

§. XLIII.

§. XLIII. Quia igitur maritus & emolumenta ex dote omnium bonorum percipit; inde ipsum quoque onera ferre oportet. Enimvero ei incumbit præstatio latæ & levis culpa & quidem in concreto, ad augendam diligentiam. *l. 17. n. de Jur. Dot. l. 24. §. 5. n. solut. matrim.*
præstat autem
culpam & dilig-
gentiam, ut &
cetera matri-
moni onera.
Nec debita hæc diligentia pacto remitti potest. l. 6. n. de
pact. dotal. j. l. 1. n. solut. matrim. pacta enim, quæ dotis causam redundunt deterioriæ, non sunt admittenda. *d. l. j. l. 2 ff.*
de pact. dotal. Wesenb. *add. f. n. 1. 2. 3.* Quodsi autem mulier moram fecerit in dote repetenda, tunc maritus ad dolum præstandum tantummodo obligatus est. *l. 9. n. solut. matrim.* Si ex diverso absque culpa mariti ex dote omnium bonorum res aliqua casu fortuito perierit, aut diminuta sit; iterum distinguendum est, utrum res æstimata, aut inæstimata data sit. Priori casu cum æstimatione venditionis gratia intercessit in maritum periculum redundat, cum pecuniam debeat. *l. 10. n. de Jur. Dot. l. 5. n. solut. matrim.* posteriori autem casu periculum est quodammodo mulieris. *d. l. 10. j. l. 69. §. 7. ff. l. 21. C. de Jur. Dot. l. 54. ff. sol. matrim. conf.* Laut. *ad n. t. d. jur. dot. §. 39.* Nec id silentio est prætereundum, quod in nostro etiam casu maritus impensas fructuum in se suscipere necesse habeat. *l. 7. §. f. n. solut. matrim.* fructus enim non intelliguntur, nisi deductis expensis. *l. 39. n. pro Soc. l. 7. pr. n. solut. matrim.* Huc etiam spectant tributa & similia onera realia, quæ propter fructus solvuntur & onus fructuum dicuntur in *l. 13. n. de impens. in res dotal. fact.* In hunc censum tales sumitus quoque veniunt, qui ob rei Dotalis tutelam & custodiæ facti fuerunt, die Salva-Guardien Gelder zu Krieges Zeiten, *l. 15. n. c. t. Lauterb. Colleg. Praet. c. t. §. 6.* Imo

maritus respectu dotis omnium bonorum non tantum ordinaria, sed & extraordinaria solvere tenetur tributa l. 7. §. 2. *π.usufr.* ita ut etiam ad solvendum tributum facultatum Vermögēn Steuer teneatur. confer. Dn. Berger. *Oecon. Jur. l. 2. t. 3. tb. 19. n. 7.* Quod autem maritus ejusdemque hæres nomine impensarum necessariarum & utilium jure agendi gaudeat extra dubium positum est. *D. l. 5. l. 15. ff. d. impens. in res dot. l. un. §. 5. C. d. R. U. A.* confer. *Stuk. ad L. un. C. de R. U. A. §. 14. seqq.* Dn. Berger. c. l. l. 1. t. 3. tb. 10. n. 20.

intuita actio-
nun maritus
fit procurator
in rem suam.

§. XLIV. Si denique in dote omnium bonorum deprehendantur actiones, harum intuitu maritus fit procurator in rem suam. *l. 49. π. solut. matrim.* Dn. Menken. *Tract. Synopt. Pandect. tit. de Jur. Dot. p. 352.* Hic igitur maritus subtilitate juris procurator dicitur, cum in effectu sit Dominus, uti in simili hoc demonstravit Brunnen. *ad. L. 9. C. de Procur. n. 2.* Cum autem mulier nomen simul in dotem dederit, & maritus id non exegerit sine culpa sua, quod exigere non potuerit, maritus estimationem praestare non tenetur. *cit. l. 49. Colleg. Argentor. tit. Solut. matrim. tb. 12. n. 3.* Quodsi autem maritus sumptus Litis, *Gerichts. Unkosten* impendere necesse habuerit, eos repetere nequit sine discrimine, utrum modici sint, an magni. *a. l. I. C. de Bon. matern.* conf. Dn. Berger. *P. I. Suppl. ad Elec. Discept. For. tit. 49. ad Obs. I. Diff. Dn. Schœpff. Synops. Jur. Priv. T. de Impens. iro res dotal. fact. n. 1.*

Quendam bona
maritus lucra-
tur, uxore mor-
zua, disquiri-
tur.

§. XLV. At vero mortua uxore maritus omnia bona in dotem data, lucrari possit, jure meritoque disquiri solet? Quia occasione bene distinguendum est inter *Jus Civile & Saxonicum.* Jure Civili mortua uxore & soluto matrimonio

nio maritus dotem non lucratur, sed si dos fit profectitia, revertitur ad patrem. *I. 6. n. de Jur. Dot. j. l. un. §. 13. C. de R. II. A.* etiam si liberi existant *dd. LL. Bartol. in not. ad L. 40. π. solut. matrim.* *Ungepaur. Ex. 7. tb. 7.* Ut enim maritus dotem retineat, pactis opus est. *I. 48. π. solut. matrim. l. 12. pr. l. 26. §. 2. π. de pact. dotal. l. 7. C. de pact. convent.* Ait vero Jure Saxonico maritus integrum uxoris defunctæ dotem in pecunia numerata vel aliis qvibuscumque mobiliis consistentem, excepta Gerada, lucratur. *ꝝ. R. l. 1. a. 31. & a. 45. l. 3. ac. 75.* Inde etiam maritus hæres mobilis dicitur *Dn. Berger. Oecon. Jur. L. 1. tit. 3. tb. 10. n. 17. & 20. sub fin.* Interim tamen legitimam inde liberis supplere tenetur. *Carpzov. P. III. C. 11. d. 31.* Sed in immobilibus consistens dos legitimis hereditibus mulieris tanquam portio hæreditaria, acquiritur. *ꝝ. R. l. 1. a. 31. conser. Dn. Menken. Tr. Synopt. Pandect. tit. solut. matrim. p. 355.* Nisi maritus bona immobilia astinata venditionis causa in dotem obtinuerit, tunc ea lucratur, nec defuncta uxore ejus hæreditibus eadem restituere tenetur. *Wesenb. in Paratit. π. de Jur. Dot. n. 8. & 9.* cum talis astinatio, ut supradeduclum fuit §. 38. faciat emtionem venditionem, & maritus ipsum pretium, non ipsum fundum in dotem accepisse præsumatur, ita, ut merito talium bonorum immobilium lucrum obtineat. *Coler. P. 2. Dec. 286. n. 282. Menoch. de Præsumt. l. 3. præsumt. 74. Berlich. P. 3. Conf. 29. n. 74.* Quodsi maritus res dotales immobiles licito modo alienaverit & in pecuniam converterit peculiari curatore non adhibito, pecunia inde redacta mortua uxore non cedit marito *juxta Dec. El. 24. j. Carpzov. P. II. C. 15. d. 2. Diff. Heintz, de lucr. Dot. tb. 16.* Ceterum quod pactum de lucranda dote omnium hono-

rum, sive hæc consistant in rebus mobilibus, sive in immobilibus, adjici possit supra jam satis §. 36. explicatum fuit.

maritus gaudet beneficio competitiae.

§. XLVI. Dictum fuit, qua ratione maritus dotem omnium bonorum lucrari possit. Quodsi autem evenierit, ut maritus dolo malo res dotaes non diminuerit, sed adversa fortunæ calamitate hoc factum sit, in id tantummodo, quod facere potest condemnari debet. *l. 12. n. solut. matrim. l. un. §. 7. C. de R. II. A.* ita, ut fruatur beneficio competitiae §. 39. *J. de Action.* ibique Hopp:voce: *Quatenus facere potest.* Et cum ratio hujus beneficij consistat in reverentia marito ab uxore debita, quæ non permittit, ut maritus ad sacram & peram usque condemnerur. *l. 14. §. 1. in fin. n. solut. matr. d. l. un.* hinc dictum privilegium ne quidem maritus pacto cum uxore inito remittere potest. *l. 14. §. 1. n. solut. matr.* Nihilominus, si maritus suo delicto causam divortio suppeditaverit, beneficio competitiae se indignum reddit. *l. 22. §. 1. & 1. 52. n. de Re Judic.* Imo mulieris quoque filiis ex eodem matrimonio procreatis patris hæreditibus dictum juris præsidium non denegatur, licet in nostro casu ob dotem omnium bonorum conveniantur. *- l. 18. pr. n. solut. matrim. conf. Lauterb. in Diff. de Benef. compet. lib. 7.*

uxor singulare gaudet privilegio.

§. XLVII. Diversos effectus dote omnium bonorum constitutâ in personâ mariti conspicuos existere, haec tenus probatum fuit; supereft, ut quoque consideremus, quid intuitu uxoris obtinet. Cum igitur satis superque evictum sit, omnia bona in dotem dari posse, hic ante omnia id meminisse debemus, quod uxori singulare competant privilegia, ne præjudicium aliquod patiatur, cum intersit reipublicæ, ut ne mulieres indotatae relinquantur. *l. 1. n. solut. matrim.* Enimvero pro dote omnium bonorum repetenda

UXOR

uxor gaudet hypotheca tacita cum privilegio prælationis ante omnes reliquos creditores. *L. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. l. un. §. 1. C. de R. U. A.* Jure Saxonico tamen mulieres solis tacitis prioribus hypothecis ex tempore copulæ sacerdotalis præferuntur. *P. 2. C. El. 24. O. P. S. tit. 43.* Ziegler. de *Jur. Dot. tb. 58.* Datur autem uxori soluto matrimonio actio ex stipulatu ad dotem repetendam. *L. un. pr. C. de R. U. A.* conf. Neuenhahn. de *constit. ac Repet. Dot. th. 10. lit. C.* Cum igitur dos omnium bonorum in rebus immobilibus, item mobilibus constat; illo casu statim dos est restituenda, hoc casu vero intra annum. *L. un. §. 7. C. de R. U. A.* Quod etiam hodie obtinet, modo anno illo uxori alimenta præstentur. *a. P. II. C. El. 25. O. P. S. Tit. 50. §.* Dein Wannic. Weichbild. art. 57. Berger. Decon. *Jur. I. I. t. 3. §. 10. n. 18.* Imo uxor ad dotis omnium bonorum restitutionem usque, etiam jure retentionis in bonis mariti gaudet. *a. I. 29. C. de Jur. Dot.* Quod tamen restringendum est, ad concurrentem dotis estimationem. Carpz. *P. 2. C. 25. D. II. 12.* Dn. Berger. *Difcept. For. ad O. P. S. tit. 39. Observ. 4. n. 2.*

§. XLVIII. Interdum tamen contingit, ut dos et iam universorum bonorum constante adhuc matrimonio repeti possit. Quodsi enim maritus ad inopiam redactus sit, tum res dotales uxor vindicare potest. *I. 29. C. de Jur. Dot. I. 24. pr. n. solut. matrim.* Nec excluditur ab hoc beneficio, quamvis sciens nupserit obærato. Schoepff. *Synops. Jur. Priv. tit. solut. matrim. n. 1.* ita, ut etiam hoc casu privilegio prælationis gaudeat. Finckelthusius *Obs. 80.* nisi doceatur dolo, aut luxuria uxoris maritum ad incitas redactum fuisse. *conf. dec. El. 6.* Ceterum regulariter

*Dos omnium
bonorum in-
terdum con-
stante matri-
monio repeti
potest.*

maritus uxori dotem constante matrimonio restituere non tenetur nisi ex justis causis, ut impendat eam in res necessarias, vel officium pietatis inde suis exhibeat. *l. 73. §. 1. π. de Jur. Dot. l. 20. l. 21. π. solut. matrim.*

*In quibusdam
casibus uxor
dotem plane
repetere ne-
quit.*

§. XLIX. In certis autem casibus uxor res in dotem datas repetere nequit, ita lucro dotis excidit, si culpa mulieris matrimonium distraebatur. *l. 24. C. de Jur. Dot. l. 38. π. solut. matrim. l. 8. §. 4. C. de Repud.* Nec minus uxor dotis quoque indistincte jacturam facit ob adulterium commissum. *l. 36. C. ad Leg. Jul. de Adult. Nov. n. 17. c. 8.* Hic autem adhuc disquirendum venit, an hæc generaliter sint intelligenda, ita, ut omnis omnino dos culpa vel delicto mulieris soluto matrimonio, an vero saltē quædam repeti possint. Sed hic distinguendum est inter dotem, quæ ab ipsa muliere data est, & inter eam, quam vel parens vel extraneus dedit. Dos igitur, quam ipsa mulier dedit, simpliciter omnino penes maritum manet. *N. n. 17. c. 8. §. 2.* Imo Jure Saxonico præter dotem universorum bonorum dicto casu marito etiam paraphernalia mobilia cedunt. *a. P. 4. C. El. 21. ibique Carpov. id. 1.* Si autem dotem pater vel extraneus dederit, videndum est, utrum conventum fuerit, ut soluto matrimonio dos ipsis restituatur, hinc ipsis repetere licet. *l. 29. §. 1. π. solut. matrim. l. 6. §. 1. π. de Cond. causa. dat. l. 7. C. de paet. convent.* E diverso si simpliciter dos data sit, extraneus repetere nequit, sed penes maritum manet, *a. l. un. §. 13. C. de R. II. A.* Ratione patris autem casus sunt discernendi, utrum scilicet dotem dederit filiae emancipatae; an vero in potestate patria constituta. In priore casu dos penes maritum manet, *a. l. 71. π. de Evict. l. 5. de Repud. l. 59. π. solut. matrim. in poste-*

riori

riori vero casu ad patrem revertitur dos; N. 22. C. 19. Neuenhahn. de const. ac repetit. Dot. th. 10. lit. D. Sed jure Saxonico hac distinctio non est attendenda, maritus enim intercedente adulterio uxoris dotem profectitiam in rebus mobilibus consistentem indistincte lucratur. conf. P. 4. C. El.

21. ibique Carpzov. d. l.

§. L. Ceterum hoc certi juris est, quod uxori omnia bona dotis loco concessa, restitui debeant, licet bona mariti ad mortem damnati fisco addicta fuerint. I. 2. C. ne uxor pro marit. l. 5. §. 45. C. ad Leg. Julij Majest. l. 9. C. de bon. Proscript. Dn. Mencken. Tract. Synopt. Pandect. tit. de bon. dammator. Quod si pafatis dotalibus conventum fuerit, ut bona consistente matrimonio acquisita inter conjuges sint communia, uxor hoc in casu præter dotem etiam dimidiam partem bonorum acquisitorum repetrere potest. I. 24. C. de Dōnat. inter vir. & uxor. confir. Dn. Ziegler. Diff. de Jur. Dot. th. 57.

§. LI. Nihil superest, quam, ut adhuc ostendatur, qua ratione maritus dotis omnium bonorum jaeturam faciat. In quibusdam casibus mari- Quod si igitur maritus uxorem in adulterio deprehensam occiderit, lucro dotis omnino excidit. I. 10. §. 1. π. solut. matrim. Cum enim sibi ipsi jus dixerit propria autoritate, perdit hoc lucrum legale. Coler. Dec. 286. n. 28. Dissent. Bart. in leg. 10 §. 1. π. solut. matrim. Nec minus maritus à dote omnium bonorum excluditur, si necem uxorius inultam reliquerit. a. l. 15. § f. π. ad SCium Silan. j. l. 3. §. 5. π. ad SCium Trebellian. Imo maritus lucrum dotis amittit, si uxorem malitiose defereret religioni sibi non duxerit. l. 3. π. quib. ut indign. N. 22. c. 15. §. 2. Nov. 117. c. 8. §. 5. v. & 7. Conf. P. 3. C. El. 25. Heinz. Diff. de lucr. Dot. at Dotal. th. 26.


§. LII.

Omina bona propter nuptias donari possunt. §. LII. Satis hactenus de Dote omnium bonorum dictum fuit. Cum autem dos & donatio propter nuptias quodammodo pari passu ambulent. Vincent. de Franch. P. i. Dec. 182. n. 2. s. q. inde quoque nullum dubium excitari potest, quo minus omnia bona propter nuptias donare liceat. Conf. C. J. A. tir. de Jur. Dot. ib. 30. Obrecht de Donat. Diff. 5. ib. 102. ita ut subsistat citra insinuationem apud acta factam, licet excedat quingentos aureos quatenus emolumento mulieris credit. Avthent. Eo decursum &c. C. de donat. ant. nupt. Schilt. ad. p. Exercit. 43. §. 9. Quodsi denique pactum de lucranda dote intercesserit, nullum autem de donatione propter nuptias intervenerit, pactum tamen dotis ad donationem propter nuptias extenditur. I. 20. §. f. C. de donat. ant. nupt. Nicol. I. 9. C. de pæt. convent. Conf. Lauterb. Differt. de Donat. propt. nupt. §. 18. & §. 40. Interim tamen moribus hæc dotis & donationis propter nuptias æqualitas non observatur. Gail. 2. Obs. 18. Carpz. P. 2. C. 42. def. 1. n. 5. sed donatio propter nuptias & major & minor esse potest. conf. Lauterb. c. I. §. 42. Cum autem sèpius contingat, ut mariti in præjudicium creditorum erga uxores nimis liberales existant, jure Saxonico Electorali ratione rerum propter nuptias donatarum fœminæ de lucro captando certanti nullum indulgetur privilegium, sed ea tantummodo inter chirographarios refertur. O. P. S. tit. 43. §. So wollen, n. nisi forsitan specialem eo nomine hypothecam impetraverit. d. §. conf. Dec. El. 72. Plura quidem occasione hujus thematis in mediu[m] proponere lieuisset, sed ut ne benevolo lectori tedium exciteretur; nunc absque ulterioribus ambagibus vela contraho, ita, ut summi Numinis gratiam mihi exortam cupiam.

T A N T U M.



DI



22

DE
DOTE
OMNIUM BONORUM.

Occas. Leg. 4. C. de Jur. Dot.

CONSENSU
ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS
IN
ACADEMIA PATRIA
PRO
GRADU DOCTORALI
RITE CONSEQUENDO
PUBLICICE DISSERET

M. JO. AUGUST. NEUBER,
L I P S.

AD DIEM XX. DECEMBER. A. O. R. MDCCXIV.

LITERIS TITIANIS.

A circular library stamp with the text "STATE LIBRARY OF NEW SOUTH WALES" around the perimeter and "SYDNEY" in the center.